HOEHNE

DE INFINITIVI APUD GRAECOS CLASSICAE AETATIS POETAS USU QUI FERTUR PRO IMPERATIVO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

VRATISLAVIENSI

RITE CAPESSENDOS SCRIPSIT

ET

UNA CUM THESIBUS ADSCRIPTIS

DIE XXI MENSIS MAII A. MDCCCLXVII

XII HORA

IN AULA LEOPOLDINA

PUBLICE DEFENDET

ADOLPHUS HOEHNE,

SILESIUS.

ADVERSARII ERUNT:

H. WALTHER, DR. PHIL. G. ENGLICH, DD. PHIL

G. KUEHN,

SEM. REG. PHIL. SOD.

VRATISLAVIAE,

TYPIS GRASSI, BARTHII ET SOC. (W. FRIEDRICH).

FRIDERICO HAASE

SACRUM.

Quamquam a multis excellentis ingenii viris post Godofredum Hermannum ut a Buttmanno et Kruegero Graecae grammaticae studia mirum in modum provecta et amplificata sunt, tamen non raro fit, ut si huius vel illius rei plenam et perfectam explicationem desideres, laceras et exiles notas invenias, quae usum grammaticum commemorent, non explicent. Ita mihi quoque in legendis Homeri carminibus quaerenti, cur in locis simililibus diversa loquendi genera adhibuisset, qui divina illa carmina condidit, accidit, ut pervolutatis libris grammaticis auxilium quod sufficeret, nullum esset. Qua de causa meo Marte quaerere coactus, quae ab illiis nondum satis explicata reperissem, inter alia in carminibus Homericis observare coepi, quantum pateret infinitivi pro imperativo usus et utrum diversitas inter hos dicendi modos necne esset; mox tamen, quum ab aliis quoque poetis atque etiam in pedestri oratione confundi hos modos nonnunquam scirem, latius in eam rem inquirere institui, ut et ipse infinitivi usum loco imperativi positi pernoscerem et si fieri posset, aliquando harum observationum fructum cum aliis communicarem. Atque utinam beatiore otio omnia classicae aetatis quae aetatem tulerunt scripta perscrutari liceret! Sed quum id fieri non potuerit, iam comprehendam, quae e poetarum classicorum reliquiis collegi, quamque de hoc usu sententiam mihi formaverim proferam.

Priusquam ad singula enarranda accedam, faciam id quod in principio disputationis fieri oportere censeo, ut quae eius sit ratio et via explanetur, ne vagari et errare putetur oratio. Primum igitur de re grammatica disseram et meam de hoc

infinitivi usu sententiam et explicandi rationem proferam; tum locos certos, ubi aut pro alterius aut pro tertiae personae imperativo inveniatur, denique incertos atque seu propter interpretationem grammaticam seu propter scripturae diversitatem dubios enumerabo.

Pars prima.

De explicandi ratione grammatica.

Id ante omnia explicatum quis habeat oportet, plane hanc modi definiti cum infinitivo commutationem, si ita dicere licet, cohaerere et consentire cum linguae indole et legibus, a quibus nihil, quod dicatur et scribatur, abhorrere posse nemo non intelligit. Porro autem demonstrabitur, omnino non commutari modum, sed proprio munere fungi infinitivum in eiusmodi locis.

Iam veteres grammatici et interpretes ad hunc infinitivi usum animum adverterunt, sed ita, ut rem notarent, eius rationem non explicarent. Legimus exempli gratia in scholio Veneto ad Il. IX v. 279: *νῆα ἅλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ νηήσασθαι· ἀντὶ προστακτικοῦ.* Inter veteres grammaticos, quantum scio, unus Apollonius Dyscol. de syntaxi III 14 (ed. I. Bekker) ad Homeri tantum carmina spectans usum explicare studuit, dicens infinitivum, qui *πρᾶγμα* per se indicet, *ἅπαντα τὰ εἰδικὰ* includere, ut cum eo commutari et in eum transire possint; ceteri omnes aliquot locos attulerunt et *σχῆμα* aut *Ἰωνικὸν* et *Δωρικόν*, ut Lesbonax pg. 185: *Ἰωνικὸν δὲ καὶ Δωρικὸν ὁμοῦ εἰλημμένον ἀπὸ τῶν κατὰ Σικελίαν Δωριέων· γίνεται δὲ παραλαμβανομένου ἀπαρεμφάτου ῥήματος ἀντὶ προστακτικοῦ ἐν ταῖς τοιαύταις συντάξεσιν, ὅταν λέγῃ τις· δός μοι τὸ βιβλίον· αὐτὸ δοῦναι φάσκει. Καὶ Ὅμηρος·* (sequuntur Il. II v. 10. IV v. 66). *χρῶνται δὲ τῷ ἀπαρεμφάτῳ ἐπὶ ἑνικῷ προστακτικῷ καὶ πληθυντικῷ ὁμοίως, γράφειν λέγοντες ἀντὶ τοῦ γράφετε. Ὅμηρος* (Il. II v. 75)

ὑμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν ἐπέεσσιν·

ἀντὶ τοῦ ἐρητύετε, aut *Ἰωνικὸν* appellarunt, ut Gregorius Corinthius de dial. Ion. § XXXII (ed. Schaefer): *Αἱ παραλήψεις τῶν*

ἀπαρεμφάτων ἀντὶ προστακτικῶν Ἰώνων εἰσί, quae verba tria exempla sequuntur, tum: *καὶ μυρία ἄλλα τοιαῦτα καὶ παρ' Ὁμήρῳ καὶ παρ' Ἡσιόδῳ εὑρήσομεν*, ubi confer Koenii, aliorum notas. Pari modo rem commemorant grammaticus Meermannianus § XXXIII, Augustanus § XV, ignotus apud Schaeferum (in ed. Greg. Cor. pg. 698), Phrynichus apud Bekkerum in anecd. lib. I pg. 4, 7: *αὐτοσχεδιάζειν σύ, ἥκειν σύ· ἀντὶ τοῦ αὐτοσχεδίαζε καὶ ἧκε σύ· Ἀττικὸν τὸ σχῆμα, ἀπαρέμφατον ἀντὶ προστακτικοῦ. Ὅμηρος·* (Il. V v. 262 sqq.)

αὐτοῦ ἐρυκακέειν . . .
Αἰνείαο δ ἐπαΐξαι μεμνημένος ἵππων,
ἐκ δ' ἐλάσαι Τρώων μετ' ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς·

ἀντὶ τοῦ ἐρύκακε καὶ ἐπάϊξον καὶ ἔλασον.

Hos in universum usque ad nostrum tempus viri docti, qui de hoc usu disseruerunt, secuti sunt, nisi quod unum alterumve exemplum addiderunt aut omissum esse imperativum ut *ὄρσεο, ἴθι*, vel necessitatis significationem *δεῖ* et *χρή* vel ipsa verba *κελεύειν, θέλειν*, alia supplenda esse contenderunt, aut ex infantium more loquendi explicandum esse hunc usum existimarunt.[1]) Hoc autem modo ad finem quo tendimus, pervenire non possumus, neque etiam ex illis de forma infinitivi Graeci studiis iam a veteribus grammaticis[2]) multum tractatis et nostris temporibus ab hominibus linguae sanscriticae peritis redintegratis et in aliam viam traductis[3]), sitne in-

---

[1]) His de explicandi rationibus quum plures nominare necesse non sit, conferri possunt Dorvillii „Vannus critica," Amstelod. 1737, pg. 340 sqq. Matth. Griech. Gramm. § 546. Fr. Rost, griech. Gramm. § 125, 3, 6. Buttmann, Gramm. med. §§ 140, 7 et 141, adnot. 6. Krueger, Griech. Sprachl. I, 55, 1, 5. II, 55, 1, 3. Georg Curtius, griech. Schulgr. § 577. Raphael Kuehner, ausführl. Gramm. etc. II pg. 342 sqq. §§ 644 et 469 adn. 2, R. Kuehner, Schulgrammatik, § 306 adn. 11.

[2]) Bernhardy „Wissenschaftl. Syntax" pg. 253 sqq., Schoemann, „Die Lehre von den Redetheilen," pg. 18 sqq., 42 sqq., 48 cum adnott., 169, Armbruster „de grammaticorum Graecc., inprimis Apollonii Dysc. de infinitivi natura sententiis." Vratisl. 1867. Bader, gramm. Graecc. de infinitivi natura placita, Schleusingen 1860, pg. 4 sqq., Eichhoff „de infinitivo." Crefeld 1831.

[3]) Bopp, „Vergleichende Gramm." III pg. 323 ctt. Leo Meyer, „Der Inf. der homer. Sprache", Goettingen 1856, pg. 12 et 23 sq. G. Curtius, „de no-

finitivus verbi pars potius an nomen appellandus, lex vel significatio, quae viam et rationem explicandorum eiusmodi locorum doceat, excutitur.

Ego quidem tenendum esse censeo, infinitivum neque esse nomen neque adverbium, sed verbi partem et formam, cuius vis longissime patet, ut si modi significatio in orationis habitu et compositione manifesta sit omnisque dubitatio iam absit, tamquam modorum munera obtinere possit. Quod breviter dictum ita intelligi volo, infinitivum esse, quod tradita appellatione indicatur, partem verbi non definitam, quae particeps generum temporumque meram verbi notionem relatam in personam sive rem aliquam aut significatam aut cogitatam exprimit. Quae quum ita sint, ut in aliis linguae partibus, ita in hac quoque fieri potest, ut substantivi nominis vim articulo apposito aliquando induat. His autem verbis quasi iam ingredimur viam, qua procedere instituimus, relicta quidem et abiecta quaestione de modorum commutatione. Haec enim forma nihil per se sola de verbi modo definit, sed finito verbo eo, unde pendet infinitivus, qui verbi modus sit, indicatur. Habemus etiam verba, ut *δύνασθαι*, *μέλλω*, *βούλεσθαι*, *εἰωθέναι*, *ἐθέλειν*, *ὀφείλειν*, *χρήζειν*, *χρῆναι*, *ἀξιοῦν*, *δεῖν* alia, quae actionem non exprimunt, sed modalitatem, ut ita dicam, definiunt, qua ex re auxiliaria vulgo appellantur vel etiam diathetica vocari possunt, quippe quae *διάθεσιν* subiecti (conf. R. Kuehner, Schulgr. § 258 adn.) tendentem et pertinentem ad actionem, quae verbis inhaeret eorumque formis significatur, non ad definitam vel perfectam, quam nomina notant. Videmus igitur linguae indole flagitari verbi formam non definitam, quae ponatur, si modi significatio iam exstat in verborum connexu. Pari etiam modo atque apud verba modalia videtur infinitivus in structura accusativi cum infinitivo iuncti et indicativi, coniunctivi, optativi et imperativi locum occupare, sed videtur tantum, quippe quum modus indicetur aut antecedenti verbo, quod verbum regens appellare solemus, aut toto

---

minum formatione," Berlin 1842, pg. 58, et „Erläuterungen zu meiner gr. Schulgr.," cap. XXII, pg. 186. Schleicher, „Compendium," pg. 355 sq. Schoemann, l. c. pg. 65 sq.

enuntiato. Dici quidem potest, verba, quae leguntur in Il. II, v. 11:

Θωρῆξαί ἑ κέλευε καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς

et v. 74: *καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ πολυκλήισι κελεύσω,*[4])

nihil aliud significare, nisi quod directa oratione dicimus „arma, fugite,“ sed oratio directa non est, quia actio per infinitivum indicata non iam peragitur, sed obiectum est cogitationis aut actionis, quae proficiscitur ab alio subiecto. Statim autem post indicata verba legimus v. 75:

ὑμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν ἐπέεσσιν·

„vos aliunde alius cohibete verbis.“ Cf. Il. XI v. 783 sq.:

Πηλεὺς μὲν ᾧ παιδὶ γέρων ἐπέτελλ' Ἀχιλῆϊ
αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων·

et v. 785 sqq.:

σοὶ δ' αὖθ' ὧδε ἐπέτελλε Μενοίτιος, Ἄκτορος υἱός·
τέκνον ἐμόν, γενεῇ μὲν ὑπέρτερός ἐστιν Ἀχιλλεύς,
πρεσβύτερος δὲ σύ ἐσσι·
ἀλλ' εὖ οἱ φάσθαι πυκινὸν ἔπος ἠδ' ὑποθέσθαι
καί οἱ σημαίνειν·

Il. XVIII v. 254 sqq.:

κέλομαι γὰρ ἔγωγε
ἄστυδε νῦν ἰέναι, μὴ μίμνειν ἠῶ δῖαν
ἐν πεδίῳ παρὰ νηυσίν· ἑκὰς δ' ἀπὸ τείχεός εἰμεν.

Od. XII v. 53 sq. et v. 163 sq., Aesch. Agam. v. 604 sq.:

ταῦτ' ἀπάγγειλον πόσει·
ἥκειν ὅπως τάχιστ' ἐράσμιον πόλει·,

Sept. v. 1042 sq.:

ΚΗ. αὐδῶ πόλιν σε μὴ βιάζεσθαι τάδε.
ΑΝ. αὐδῶ σε μὴ περισσὰ κηρύσσειν ἐμοί.

---

[4]) Editiones in versibus numerandis secutus sum in Homeri carminibus Bekkerianam II, in scriptura autem in Iliade Baeumleinianam, in Odyssea Ameisianam, in Hesiodi carminibus Goettlingianam alteram, apud Aeschylum Dindorfianam III, apud Sophoclem Schneidewinianam III, apud Euripidem Nauckianam II, in fragmentis tragicorum Nauckianam, apud Aristophanem Meinekianam et in fragmentis comicorum Meinek. maiorem, in poëtis lyricis Bergkianam II, in hymnis Homericis Baumeisterianam, in epigrammatibus Frankianam (tom. III Hom. ed. Dindorf.), in fragm. philosophorum Mullachianam.

Suppl. v. 622:

ἔκραν' ἄνευ κληρῆρος ὡς εἶναι τάδε.

v. 849. v. 882. v. 1061 sq.:

ΗΜ. τίνα καιρόν με διδάσκεις;
ΗΜ. τὰ θεῶν μηδὲν ἀγάζειν.

Soph. Electr. v. 1456, Ai. v. 1047 sq., Eurip. Heraclid. v. 1018 sq., Hippol. v. 113, Aristoph. Pac. v. 550:

ἴθι νυν ἄνειπε τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι.

Ran. v. 1508 sq.:

καὶ φράζ' αὐτοῖς ταχέως ἥκειν
ὡς ἐμὲ δευρὶ καὶ μὴ μέλλειν.

Porro eodem modo, si quis per Deos immortales iurat, aut ab iis, ut aliquid perficiant, optat vel precatur, infinitivus rem optatam indicat, quippe quum actio indicta sit obiectum, ubi optandi, precandi, iurandi aut eiusdem significationis enuntiatio praecedit. (cf. Greg. Cor. l. c. § LXIV pg. 132 et not. 86.) Sed saepissime etiam, quamvis iurandi ctt. verbum omissum sit, nihilominus infinitivus locum habet. Cf. Il. II v. 411 sqq.:

Τοῖσιν δ' εὐχόμενος μετέφη κρείων Ἀγαμέμνων·
„Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφές, αἰθέρι ναίων,
μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν κτἑ.

Il. VII v. 178 sq.:

ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν·
„Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν, ἢ Τυδέος υἱόν, κτἑ.

Il. I v. 20 sq.:

παῖδα δ' ἐμοὶ λῦσαί τε φίλην τά τ' ἄποινα δέχεσθαι
ἁζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα,

post antecedentia verba v. 15: *καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιοὺς* et *δοῖεν* v. 18.

Od. XXII v. 286 sqq.:

ἐπευχόμενος δὲ προσηύδα·
„ὦ Πολυθερσεΐδη φιλοκέρτομε, μή ποτε πάμπαν
εἴκων ἀφραδίῃς μέγα εἰπεῖν, ἀλλὰ θεοῖσιν
μῦθον ἐπιτρέψαι κτἑ.

Od. VII vv. 311—313. Od. XVII. 354. Aesch. Choeph. v. 4 sq.:

τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τῷδε κηρύσσω πατρὶ
κλύειν, ἀκοῦσαι.

Iurisiurandi exemplum invenimus in Il. III v. 285 sq.:

[εἰ δέ κ' Ἀλέξανδρον κτείνῃ ξανθὸς Μενέλαος,]
Τρῶας ἔπειθ' Ἑλένην καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι,
τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν, ἥντιν' ἔοικεν, κτέ.

Cf. v. 280:

ὑμεῖς μάρτυροι ἔστε, φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά.

Aesch. Choeph. v. 306 sqq.:

ἀλλ' ὦ μεγάλαι Μοῖραι, Διόθεν
τῇδε τελευτᾶν,
ᾗ τὸ δίκαιον μεταβαίνει.

Agam. v. 517. Sept. v. 75. Soph. Ai. v. 831 sq.:

καλῶ δ' ἅμα
πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον, εὖ με κοιμίσαι κτέ.

El. v. 429. Antig. v. 1144:

μολεῖν καθαρσίῳ ποδὶ Παρνασίαν κτέ.

Oed. Col. v. 1414, v. 1416. Eurip. Herc. fur. v. 500, Suppl. v. 45:

ἄνα μοι τέκνα λῦσαι φθιμένων
νεκύων, ubi v. 42 precationes incipiunt a verbis: *ἱκετεύω σε γεραιὰ κτέ.* Suppl. init.:

Δήμητερ ἑστιοῦχ' Ἐλευσῖνος χθονὸς
. . . .
εὐδαιμονεῖν με Θησέα τε παῖδ' ἐμον κτέ.

Iph. Aul. v. 119. cf. v. 115. Phaeth. frgt. 781 (Nauck.) v. 66 sqq.: *πατρὸς ἴθι πρόσπεσε*
γόνυ λιταῖς, σφαγὰς
σφαγὰς οἰκτρά τ' ἀρκέσαι σᾶς δειρᾶς.

Aristoph. Ach. v. 250 sqq., v. 435 sq.:

ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῇ,
ἐνσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον.

Av. v. 445 sq.:

ὄμνυμ' ἐπὶ τούτοις, πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς
καὶ τοῖς θεαταῖς πᾶσιν.

v. 447, v. 636. Lysistr. v. 349:

καί σε καλῶ ξύμμαχον ὦ
Τριτογένει', ...
φέρειν ὕδωρ μεθ' ἡμῶν.
ἔασον ὦ.

Frgt. Menandri ex Adulatoribus (Mein. tom. IV pg. 153.) v. 3 sqq.:

θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα
Ὀλυμπίαισι πᾶσι πάσαις· λάμβανε
τὴν γλῶτταν ἐκ τούτου· διδόναι σωτηρίαν κτέ.

Cf. Anacreontis carmen II inde a v. 8:

Ὦναξ, ᾧ δαμάλης Ἔρως
. . . .
γουνοῦμαί σε· σὺ δ' εὐμενὴς
ἔλθ' ἡμῖν, κεχαρισμένης δ'
εὐχωλῆς ἐπακούειν·
Κλευβούλῳ δ' ἀγαθὸς γένευ
σύμβουλος· τὸν ἐμὸν δ' ἔρωτ',
ὦ Διόνυσε, δέχεσθαι.,

et e carminibus popularibus VII (Bergk. pg. 1028):

Ἐλθεῖν, ὦ Διόνυσε,
Ἀλείων εἰς ναόν, κτέ.

et Tyrtaei frgt. IV:

Φοίβου ἀκούσαντες Πυθωνόθεν οἴκαδ' ἔνεικαν
μαντείας τε θεοῦ καὶ τελεέντ' ἔπεα·
ἄρχειν μὲν βουλῆς θεοτιμήτους βασιλῆας κτέ.,

quibus in verbis oraculum inest.

Exclamantes etiam et indignantes utuntur infinitivo, quippe quum exclamatione res perstringatur tantum, qua quis afficiatur, non describatur.

Vid. Od. X v. 431:

ἆ δειλοί, πόσ' ἴμεν;

Aesch. Eumen. v. 837 sq.:

ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ,
ἐμὲ παλαιόφρονα κατά τε γᾶς οἰκεῖν κτέ.

Cf. v. 870 sqq., Sept. v. 253:

θεοὶ πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν.

Soph. Ai. v. 410 sq.:

ὦ δυστάλαινα, τοιάδ' ἄνδρα χρήσιμον
φωνεῖν, ἃ πρόσθεν οὗτος οὐκ ἔτλη ποτ' ἄν.

Phil. v. 234. Eurip. Hel. v. 1242, Ion. v. 1012, Iph. Taur. v. 738, frgt. 127 ex adespotis. Aristoph. Nub. v. 268, Av. v. 7.

Lys. v. 1076, Eccles. v. 790. Frgt. Alexidis comici (apud Mein. tom. III pg. 436): *καταφαγεῖν*
αὐτὸς τοσοῦτ' ἀργύριον.

Frgt. Menandri e *Πλοκίῳ* I (Mein. tom. IV pg. 189):
Οἴ μοι Κριβύλην
λαβεῖν ἔμ' ἑκκαίδεκα τάλαντα κτέ..

At quaerat fortasse aliquis: quorsum haec pertinent? et: quid consequitur ex his disputatis? Videmus primum, posse infinitivum ita poni nonnunquam, ut videatur modorum munera obtinere, tum id fieri non posse comperimus nisi sub condicione ea, si quod in directa oratione modo exprimitur, id alia ratione aut verbo aut orationis compositione in universum comprehenditur. In his igitur insistentibus et ex his proficiscentibus coniicere nobis licet, fieri etiam potuisse, ut latius hic infinitivi usus pateret. Variatur enim non solum oratio his infinitivis interpositis, sed allicitur etiam magis animus eius, ad quem verba spectant, quippe qui omnia concludendo coniicere debeat, quae vis insit in infinitivo. Ad speciem igitur omissa est modi significatio, vel dicam aperte non pronunciatus est modus verbi, sed tamen indicatur. Quid vero, nonne pariter atque alii incidimus in idem ellipsis commentum, „quae omissio est," ut eam definivit G. Hermannus, (de ellipsi, in Wolfii et Buttmanni Mus. antiq. Studd. vol. I pg. 95 sqq. Bernh. l. c. pg. 41 sqq. et adn. 66) „vocabuli, quod etsi non dictum, tamen cogitatur." Est ita, vitium autem ab aliis commissum evitabimus, si rectum nobis iudicium de ellipsis natura formaverimus. Nulla enim fere in re tam graviter erratum est, nulla res tam perversas ridiculasque sententias et explicationes excitavit, nulla res tam multos errores in grammaticos libros invexit, quam ellipsis. Atque Hermannus quidem quamquam sano iudicio usus ut in aliis disciplinae partibus, ita in hac quoque veteres errores multos correxit effecitque, ut ingens illa Sanctiana et Perizoniana ellipsium moles de libris grammaticis tolleretur, tamen rationem rei si quaerimus, errasse censendus erit. Contendit enim, ellipsin contra linguae legem rationemque introductam esse usu, quod nullo modo probari potest. Qui, quaeso, dici potest in rebus grammaticis tractandis, esse aliquid contra

linguae leges, quod quidem recte sese habeat et praestantissimorum scriptorum usu confirmetur? Scilicet permiscuit Hermannus logicas leges, quas e philosophia Kantiana petebat, et grammaticas, quae cuiusque populi propriae e dicendi usu cognoscendae sunt. Quare si ellipsis exstat in lingua Graeca, legibus etiam grammaticis adscribenda est; quid autem sit, iam videamus. Confiteor, me in hac definitione sequi Fr. Haasium, virum illustrissimum et praeceptorem dilectissimum, qui in scholis grammaticis de ellipsi disserit et quantum apud Romanos pateat, exponit. Apud Graecos autem eius usum multo frequentiorem esse, quis est qui ignoret? Prae ceteris pro explorato habendum est, ellipsis usum non id spectare, ut breviorem verborum aut syllabarum numero reddat orationem, quamquam saepe id efficitur, red potius graviorem, nervosiorem, concinniorem, elegantiorem. Si quid enim aperte dicere et proprio vocabulo vel forma vocabuli propria exprimere omittimus, quod ex iis, quae diximus, manifestum est et quod non intelligere non potest, qui attente verba nostra vel audit vel legit, hoc primum efficimus, ut languorem orationis effugiamus; quidquid enim attento quidem auditori supervacaneum videbitur, id languidum et molestum est; eademque opera cogimus eum qui audit vel legit omnem animi alacritatem ad verba adhibere, ut plane intelligat. Quo fit, ut verba accuratius comprehendat et maiore cum vi cognoscat, quam si esset additum, quod non deest, nisi parum diligenter attendenti. Ex his iam consequitur, nunquam id omitti posse, quod non necessario ac facile plane perspiciatur. Tria autem genera ellipsis constituenda sunt, quorum unum est figura *ἀπὸ κοινοῦ* quae dicitur, alterum, quae proprio nomine ellipsis appellatur, tertium aposiopesis vel reticentia secundum Quintilianum (instit. orat. IX 2, 54). Etsi totius ellipsis accuratam atque plenam expositionem haec dissertatio non exigit, tamen non molestum fore putavi, si, quoniam rem perstringere me oportet, quam paucis fieri posset, usum explanarem. Et ad figuram *ἀπὸ κοινοῦ* quod attinet, sive in totis enuntiatis sive in eiusdem sententiae partibus aliquo modo coniunctis adhibetur, hanc habet naturam, ut quae semel posita est notio in una sententiae parte, eadem alterius communis esse intelligatur, id quod fieri potest tribus modis, nam aut vox in una parte

posita alterius ita communis est, ut plane eadem neque ullo modo mutata iterum intelligatur, aut cogitatione repetitur vox eadem sic mutata vel terminatione vel notione, ut postulat orationis natura, aut denique, quae duarum partium communis vox est, in altera aliquo attributo accuratius definita est, quod non pariter cum ista in alterum traducitur.

Porro aposiopesis quae fertur hoc continetur, ubi pars enuntiati vel etiam tota enuntiatio, quam, si plenam desideramus secundum leges grammaticas orationem, omittere non licet, plane deest. Sententiae vis mirifice augetur, si subito abrumpitur oratio aut omittitur id quod omnes intelligunt; quapropter id dicendi genus magis est rhetoricum.

In has autem figuras plerumque non cadit illud supplendi genus, quod adhibendum mihi esse videtur in locis postea contemplandis, sed in alteram, in veram vel propriam ellipsin. Ut in figura *ἀπὸ κοινοῦ* et in aposiopesi antecedentia verba semper suppeditant et quasi cogunt intelligere, quid sit supplendum, ita in hac ellipsi id aut plane omissum est, ut logica tantum ratione id doceamur, aut sequitur, aut in verbo quodam eiusque forma abditum est, ut e sententiarum connexu vel ex orationis indole petendum est. Talibus in locis difficile est nonnunquam diiudicare, quid rectius subaudiatur, potissimum si non verbum *εἶναι*, sed certi cuiusdam verbi significatio subaudienda est vel subintelligenda, quae tamen non aliena esse debet ab illis, quae dicta et addita sunt. Hoc in ellipsis genere versamur in locis, ubi in infinitivis nude positis imperativo non praecedente subaudienda est vis imperativi, contra rectius eius vim *ἀπὸ κοινοῦ* repetendam esse censeo, quotiens imperativus antecessit in eodem vel in connexo enuntiato. Quid sit supplendum in hoc dicendi genere et illi viri docti recte intellexerunt, qui *κελεύειν*, vel *ὄρσεο, ἴθι, θέλε* aliud intelligendum esse censuerunt, sed errarunt in eo, quod eiusmodi verbum substituerunt, non subintellexerunt. Quod enim hic per ellipsin suppletur, nihil facit ad constructionem grammaticam, sed ad cogitationem et intellectum pertinet et obversatur animo. Nam si pendere ab eiusmodi verbo, quale est *κελεύειν*, crederemus infinitivum, casus nominativus non recte positus esset, nisi si idem atque in illo verbo subiectum retineretur, sed accusativus cum infinitivo coniunctus recte sese

haberet. Contra in sequenti disputatione docebimus, omnibus in locis, ubi de altera singularis et dualis [5]) et pluralis numeri persona sermo est, subiectum et quod ei attribuitur, in casu primo esse positum, ubi autem tertia persona appellatur, plerumque in quarto. Qui autem, quaerat quispiam, id tu explicas? Hoc modo:

Infinitivus quum per se solus vim modalem habeat nullam, ut supra demonstratum est, quotiens imperativi modi notionem vel *ἀπὸ κοινοῦ* vel alio modo induit, eius leges quoque grammaticas debet sequi. Si enim quem alloquimur et ei mandata damus, simul optamus vel flagitamus, ut ea exsequatur. Qui vero rem perficit, subiectum est agens, quod in casu obliquo neque cogitari neque dici potest. Proxima autem persona est altera, quae agere aliquid iubetur, fit igitur subiectum agens, quo rem imperatam effici volumus, et casu nominativo appellatur et indicatur. Contra autem si mandata damus tertiae personae, differt, utrum eam subiectum agens necne esse velimus: quod si volumus, accusativus locum habebit, qui ad normam grammaticam cum infinitivo componitur. Plerumque quidem subiectum exprimitur, ut apud Homerum in Od. IV v. 408:

σὺ δ' εὖ κρίνασθαι ἑταίρους — τρεῖς.

Od. XI v. 250:

σὺ δὲ τούς κομέειν ἀτιταλλέμεναί τε.

Od. XIII v. 307. Od. XVI v. 277. Il. IX v. 255 sq. Il. IV v. 64. Od. XXII v. 173 sq.:

σφῶι δ' ἀποστρέψαντε πόδας καὶ χεῖρας . . .
ἐς θάλαμον βαλέειν κτἑ.

---

[5]) Dualis numeri hos tantum scio locos: Il. I v. 323:

Ἔρχεσθον κλισίην Πηληιάδεω Ἀχιλῆος·
χειρὸς ἑλόντ' ἀγέμεν Βρισηΐδα καλλιπάρῃον.

Od. XV v. 151 sq.:

χαίρετον ὦ κούρω καὶ Νέστορι ποιμένι λαῶν
εἰπεῖν·

Od. XXII v. 173 sqq.:

σφῶι δ' ἀποστρέψαντε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν
ἐς θάλαμον βαλέειν, σανίδας δ' ἐκδῆσαι ὄπισθεν,
σειρὴν δὲ πλεκτὴν ἐξ αὐτοῦ πειρήσαντε
κίον' ἀν' ὑψηλὴν ἐρύσαι πελάσαι τε δοκοῖσιν, κτἑ.

Il. II v. 75:

ὑμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν ἐπέεσσιν.

Il. XXIII v. 334 sq. v. 343. Il. IX v. 709. Hes. Scut. v. 119. Opp. 630:

αὐτὸς δ' ὡραῖον μίμνειν πλόον, εἰσόκεν ἔλθῃ·

Eurip. Troad. v. 422. Suppl. v. 429:

αὐτὸς πιέζειν τὴν τύχην.

Aristoph. Ran. v. 133 ctt., ubi autem deest, in casu nominativo cogitari debere statuo. Tertia persona si aliquid agere iubetur, plerumque habemus imperativum aut structuram accusativi cum infinitivo iuncti, pendentem a verbo quodam aut enuntiato antecedenti, id quod mirum videri non potest, quum tertia persona remotior sit, ut minus saepe directe eam alloquamur. In Iliadis lib. XXIII v. 334 sqq. Nestor per infinitivos exhortatur Antilochum filium; ubi vero v. 338 transit ad tertiam personam, imperativo utitur et v. 340 redit ad infinitivum. Sed etiam exempla quamvis pauca directae orationis exstare post videbimus. Nonnullos porro habemus locos, in quibus in directa oratione, ubi verba spectant ad secundam personam, id quod subiecto omisso attribui videtur, in casu accusativo adscriptum invenitur. Quo modo hoc construendi genus sit explicandum, suo loco docebitur. Si vero infinitivus nude positus in oratione, quae imperandi voluntatem non prae se fert neque imperativi vim desiderat, legitur, *ἐστὶ* copula animo intelligenda est, quae in iis locis fieri aut posse aut licere id quod infinitivus indicet, significat. Quanta autem vis insit in nominativo ad id significandum, actionem a subiecto aut effectam aut non admissam vel prohibitam esse, docemur uno Iliadis loco, qui est in lib. XIX v. 261 sqq.:

μὴ μὲν ἐγὼ κούρῃ Βρισηΐδι χεῖρ' ἐπενεῖκαι,
οὔτ' εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος οὔτε τευ ἄλλου·
ἀλλ' ἔμεν' ἀπροτίμαστος ἐνὶ κλισίῃσιν ἐμῇσιν,

praecedentibus verbis *ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα κτέ.*, ut iure exspectemus accusativum cum infinitivo. Verba sunt Agamemnonis, qui iureiurando affirmat, se nequaquam puellae Briseidi manum iniecisse, sed mansisse eam intactam in tentorio. Quod ut gravius affirmaret, se ei manum non intulisse et illam intactam esse virginem, nominativo usus est Atrida, tamquam si ante dictum esset *ὄμνυμι.* At si hoc ipsum verbum cogitatur,

tamen v. 263 accusativus dici debebat. Plane falso locum mihi intellexisse videtur Bernhardyus [6]), qui imperativum hic sibi invenisse visus est. Hic iam alium locum paucis perstringam, ubi minus recte disputasse eundem virum doctum censeo [7]), Il. XVI v. 99:

αἴ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
μήτε τις οὖν Τρώων θάνατον φύγοι, ὅσσοι ἔασιν,
μήτε τις Ἀργείων, νῶιν δ' ἐκδῦμεν ὄλεθρον κτέ.

Praeterquam quod locus nostris temporibus in suspicionem vocatus est, imperativus hic non legitur sed quem exspectamus modum, optativus pro ἐκδύημεν, ut θεῖμεν pro θείημεν, aut quod rectius mihi videtur, pro ἐκδύϊμεν, quippe quum in optativo formando e littera propria sit. (Cf. Hermann, de ellipsi, pg. 132, qui ἐκδυῖμεν maluit, et „de praec. quibb. Attic." pg. 20. Buttm. lexil. I 56, et Gramm. Graec. mai. pg. 539.)

His autem, quae modo disputavimus, simul aliud quid explanavimus, cur infinitivus in directa oratione nunquam pro imperativo verbi passivi inveniatur. Ubi enim de persona agente cogitari non potest neque quisquam aliquid efficere iubetur, plane abest hic infinitivi usus. Duo quidem exempla aor. I passivi exstant in epicis carminibus, in Il. lib. XXIII v. 335 κλινθῆναι, et in Hes. opp. v. 459 ἐφορμηθῆναι, sed haec verba formam tantum passivam ut multa induerunt, vim retinuerunt passivo mediam. (cf. Buttmanni gramm. Gr. med. § 113, 4, adn. 5, et Krueg. II §§ 39 et 40, sub. vv.) De versu Hesiodeo in opp. 715: μηδὲ πολύξεινον μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι post disputabimus.

Iam redeuntes ad id, quod supra de ellipsi dictum est, videmus, quamvis saepe eiusmodi infinitivi in enuntiatis temporalibus et condicionalibus inveniantur, id nihil valere ad

---

[6]) l. c. pg. 358: Nahe verwandt war der Ausdruck des Gebots, regelmässig mit Accus. des Subiects, seltener mit Nom. und nicht sonderlich über Pronomialformen wie σὺ δὲ hinaus, in beiden Fällen auch von den Attikern anerkannt. Unter den zahlreichen epischen Stellen ist die eigenthümlichste Il. τ' 261, in einer entschiedenen Negation, ich soll nicht berührt haben.

[7]) ibid. pg. 358: Endlich ist von dieser imperativen Grundlage der seltene Ausdruck fester Bestimmung abzuleiten, der dem Indicativ gleichsam vorangeht. Il. π' 99.

intellectum, sed semper aut praecedat significatio imperandi aut orationis indoles prae se ferat imperandi vim oportere, ut nunquam is qui audit, quid sibi velit infinitivus nude positus aut initio orationis aut connexis verbis insertus dubitare possit. Supplemus igitur cogitatione imperativi vim aut *ἀπὸ κοινοῦ* aut per propriam quam diximus ellipsin. Hac e ratione proficiscentes progrediemur in sequente disputatione et in colligendis poetarum Graecorum locis. Propius autem accedere imperandi significatiorem in colloquiis et altercationibus duorum vel plurium hominum, quod fit in Homeri carminibus, in Hesiodi Scuto, in hymnis Homericis, plerumque apud tragicos poetas, longius aliquanto abesse quod attinet ad ipsum verbum imperandi, quum poesis gnomica hanc suadendi, exhortandi, imperandi vim iam prae se ferat, in praeceptis alicui datis, ut in Hesiodi operibus et diebus, in lyricorum poetarum reliquiis, vix est, quod commemorem.

Pars altera.

A. De infinitivo pro imperativo alterius personae.

Quae quum ita sint, facillime quae vis sit infinitivi cognoscemus, ubi cum imperativo coniunctus est et oratio omissa modi significatione quasi solito celerius procedit. Si enim quis iubetur per imperativum, mente et cogitatione duae simul concipiuntur notiones, verbi et modi actionis, quam verbum indicat. Ubi igitur imperativum excipit infinitivus, altera harum notionum in infinitivo omittitur, quae e praecedente imperativo iam haeret in animo eius, qui audit. Praemittitur quasi modus agendi per imperativum in universum et sequuntur diversae actiones, quas alter ab altero vult perfici. Quid? nonne molestum esset in carminibus protrepticis aliisque iterum iterumque id quod iam ab initio scimus, audire et concipere animo? Hoc modo breviorem et elegantiorem fieri orationem censeo. Eius generis habemus multa exempla:

Il. I v. 322 sq.:

ἔρχεσθον κλισίην Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος·
χειρὸς ἑλόντ' ἀγέμεν Βρισηΐδα καλλιπάρηον.

Il. II vv. 8—10:

βάσκ' ἴθι, οὖλε Ὄνειρε, θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν·
ἐλθὼν ἐς κλισίην Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο
πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, ὡς ἐπιτέλλω.

Idem fere locus legitur in Il. XV v. 158 sq., ubi Iupiter Iridi imperat:

βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα, Ποσειδάωνι ἄνακτι
πάντα τάδ' ἀγγεῖλαι, μηδὲ ψευδάγγελος εἶναι.

Hoc loco infinitivum *ἀγγεῖλαι* non cohaerere cum imperativis *βάσκ' ἴθι*, sed pro imperativo per se esse positum, docemur slmilibus locis ut Il. VIII v. 399:

βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα, πάλιν τρέπε, μηδ' ἔα ἄντην
ἔρχεσθ'.

aliis, ubi post *βάσκ' ἴθι* imperativus invenitur, pariter post *δεῦρ' ἄγε* in Od. VIII v. 145. *πείρησαι*, v. 205: *πειρηθήτω*, post *ἀλλ' ἄγε* in Od. IX v. 457 *εἰπέ* (cf. Krueg. l. c. II § 54, 4. 3.) Contra in Od. VIII v. 12 post *δεῦτ' ἄγε* usum, de quo agitur, habemus:

εἰς ἀγορὴν ἰέναι, ὄφρα ξείνοιο πύθησθε κτέ.,

in Il. III v. 458 sq.:

ὑμεῖς δ' Ἀργείην Ἑλένην καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ
ἔκδοτε, καὶ τιμὴν ἀποτινέμεν, ἥντιν' ἔοικεν.

in Il. IV v. 70 sq.:

αἶψα μάλ' ἐς στρατὸν ἐλθὲ μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς,
πειρᾶν δ', ὥς κε Τρῶας κτέ.

in Il. V v. 605 sq.:

ἀλλὰ πρὸς Τρῶας τετραμμένοι αἰὲν ὀπίσσω
εἴκετε, μηδὲ θεοῖς μενεαινέμεν ἶφι μάχεσθαι.

Bekkerus cum Heynio *μενεαίνετε* scripsit, retinui vulgatum, quod scholiis confirmatur. Idem vir clarissimus in Od. VII v. 222 contra Aristarchum *ὀτρύνεσθε* probavit, quod Zenodotus scripsisse dicitur. (cf. Ameis. ad l. „Kritischer und exegetischer Anhang.")

Il. XV v. 229 sq.:

ἀλλὰ σύ γ' ἐν χείρεσσι λάβ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν,
τὴν μάλ' ἐπισσείων φοβέειν ἥρωας Ἀχαιούς.

Il. VI v. 273 sq.:

τὸν (πέπλον) θὲς Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο,
καί οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ
ἱερευσέμεν.

Il. XVI vv. 87. 89. 92. 95 sq., Il. XVI v. 454., Il. IX vv. 705—709:

νῦν μὲν κοιμησασθε τεταρπόμενοι φίλον ἦτορ
. . . .
αὐτὰρ ἐπεί κε φανῇ καλη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
καρπαλίμως πρὸ νεῶν ἐχέμεν λαόν τε καὶ ἵππους
ὀτρύνων, καὶ δ' αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μάχεσθαι.

Il. XXII v. 342:

ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόν τε ἅλις χρυσόν τε
. . . . *δέδεξο*
. . . .
σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν κτέ.

Il. XXI v. 340 sq.:

μηδὲ πρὶν ἀπόπαυε τεὸν μένος, ἀλλ' ὁπότ' ἂν δὴ
φθέγξομ' ἐγὼν ἰάχουσα, τότε σχεῖν ἄκαματον πῦρ.

Il. XXI v. 535. Od. I vv. 291—294. Od. I v. 315 sqq.:

μή μ' ἔτι νῦν κατέρυκε λιλαιόμενόν περ ὁδοῖο.
δῶρον δ', ὅττι κέ μοι δοῦναι φίλον ἦτορ ἀνώγῃ,
αὖτις ἀνερχομένῳ δόμεναι οἰκόνδε φέρεσθαι κτέ.

Od. II v. 304 sq. Od. III v. 19:

λίσσεσθαι δέ μιν αὐτός, ὅπως νημερτέα εἴπῃ, post verba: *ἀλλ' ἄγε νῦν ἰθὺς κίε κτέ.*

Eadem fere verba in v. 327 leguntur. Bekkerus locum apud veteres interpretes non suspectum in margine collocavit. Pro vulgato *αὐτὸν* scripsit Ameisius *αὐτός*. Cf. praeterea Od. IV v. 416, v. 419, v. 442 sq. Od. V v. 162 sq. v. 346, v. 349 sq., Od. VI v. 258, v. 261, v. 295, v. 298, v. 304, v. 311. Od. X v. 405, v. 507, v. 511 sqq., quae Circes oratio usque ad v. 540, in qua septendecim exempla invenimus, in universum docet, quo modo post iubendi significationem infinitivi adhibeantur. Od. XI v. 250:

Χαῖρε, γύναι (v. 247) . . *σὺ δὲ τοὺς κομέειν ἀτιταλλέμεναί τε.*

Od. XV v. 151 sq. Od. XVI v. 132, v. 151 sq., v. 278 sq. Od. XVII v. 278, v. 600. Od. XVIII v. 105 sq., v. 267, v. 270. Od. XIX v. 320, cf. v. 317. Od. XXI v. 235. Od. XXII vv. 437—439, v. 443. Hesiodi Scut. vv. 95—97:

ὦ φίλος, ἀλλὰ σὺ θᾶσσον ἔχ' ἡνία φοινικόεντα
ἵππων ὠκυπόδων· μέγα δὲ φρεσὶ θάρσος ἀέξων
ἰθὺς ἔχειν θόον ἅρμα.

Hes. opp. v. 335 sqq.:

ἀλλὰ σὺ τῶν μὲν πάμπαν ἔεργ' ἀεσίφρονα θυμόν·
κὰδ δύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν·
ἄλλοτε δὴ σπονδῇς θυέεσσί τε ἱλάσκεσθαι κτέ.

Hes. opp. v. 611 sqq., v. 627 sqq. Hymn. in Apollinem Pyth. v. 314, ubi unus codex Ambrosianus imperativum praebet. v. 317, v. 319 sq., v. 322, cf. v. 308 sqq., ubi oratio ab imperativis incipit. Hymn. in Mercurium v. 480. Hymn. in Venerem v. 138, v. 140. Aesch. Prom. v. 712 sq:

οἷς (Σκύθαις) μὴ πελάζειν, ἀλλ' ἁλιστόνοις πόδας
χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα.

Praecedunt imperativi *βάλε* et *στεῖχε*. Soph. Oed. R. v. 461 sq.:

καὶ ταῦτ' ἰὼν
εἴσω λογίζου· κἂν λάβῃς ἐψευσμένον,
φάσκειν ἐμ' ἤδη μαντικῇ μηδὲν φρονεῖν.

Oed. Col. v. 481, v. 484. Iam in v. 473 chorus infinitivo usus est, tum v. 476 *χρὴ* dixit, cum quo versus sequens cohaeres; Oedipi autem *δίδασκε* imperativus v. 480 opponitur infinitivis chori:

μηδὲν προσφέρειν μέθυ, et:
τιθεὶς ἐλαίας τάσδ' ἐπεύχεσθαι λιτάς.

Phil. v. 1080:

νὼ μὲν οὖν ὁρμώμεθον,
ὑμεῖς δ', ὅταν καλῶμεν, ὁρμᾶσθαι ταχεῖς.

Phil. v. 1410:

φάσκειν δ' αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους
ἀκοῇ τε κλύειν, λεύσσειν τ' ὄψιν.

In V 1408 dicit Neoptolemus:

στεῖχε προσκύσας χθόνα.

Id *στεῖχε* ad Herculis *μήπω γε* supplendum est. *Φάσκειν* igitur infinitivus non aliter intelligi potest nisi per imperativum. Eurip. Suppl. v. 390:

στεῖχ'· ἢν δ' ἀπιστῶσ' οἵδε δεύτεροι λόγοι,
κῶμον δέχεσθαι τὸν ἐμὸν ἀσπιδηφόρον.

Troad. vv. 419—422. Frgt. 364 v. 25, cf. v. 21. Aristoph. Ach. v. 257:

πρόβαινε, κἂν τὤχλῳ φυλάττεσθαι σφόδρα κτέ.

Pac. v. 1153. Vesp. v. 1216. Lys. v. 536:

κᾆτα ξαίνειν ξυζωσάμενος
κυάμους τρώγων·

post antecedentia verba in V 533 sq.:

τὸ κάλυμμα λαβὼν
ἔχε καὶ περίθου περὶ τὴν κεφαλήν,
κᾆτα σιώπα ....

Ran. v. 133 in colloquio Herculis et Bacchi Hercules in v. 129 dicit:

καθέρπυσόν νυν ἐς κεραμεικόν, et postea:
ἀφιέμην τὴν λαμπάδ' ἐντεῦθεν θεῷ,
κἄπειτ' ἐπειδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι
εἶναι, τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαυτόν.

Nub. v. 850 cf. v. 847 et Soph. Phil. v. 1409. Nub. v. 1080, cf. v. 1078.

In Lini quae feruntur carminibus legimus sine scripturae varietate in v. 6 (Mullach. pg. 156. Stob. Floril. V, 22):

τὰς μὲν (ἄτας) ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακαῖσι νόοιο.

Incipit carmen:

φράζεο δὴν σπουδὴν εὐτυνάμενος δι' ἀκουῆς κτέ.

Omnes hi loci profecto ita sunt compositi, ut dubitationes non admittant de vi infinitivorum, et hoc fundamento nixi progrediemur. Ut post verba iubendi structura accusativi cum infinitivo recte se habet, ita directa quoque oratio sequitur, in qua infinitivi imperative dicti leguntur. Ubi autem is qui audit iam ab initio orationis scit, quae vis insit sequentibus verbis, omnino verbi forma iterum modus definiatur non oportet. Nonnunquam etiam imperandi verbum non praecedit, sed sequitur infinitivum. Quod si fit, in eodem versu adiicitur plerumque, certe in eadem sententia. In Il. II v. 74 sq. dicit Nestor:

καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ πολυκληίσι κελεύσω·
ὑμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν ἐπέεσσιν.

Od. XII v. 164:

εἰ δέ κε λίσσωμαι ὑμέας λῦσαί τε κελεύω·
ὑμεῖς δὲ πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι πιέζειν.

Hymn. in Vener. v. 283 sq.:

τῷ δὲ σὺ μυθεῖσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.
φάσθαι τοι Νύμφης καλυκώπιδος ἔκγονον εἶναι.

Il. IX v. 255 sqq.: *σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν*
ἴσχειν ἐν στήθεσσι· ....
ληγέμεναι δ' ἔριδος κακομηχάνου κτἑ.

post verba: *σοί γε πατὴρ ἐπετέλλετο Πηλεὺς* in v. 252. Bekkerus locum spurium habet. Cf. v. 369:

τῶ πάντ' ἀγορευέμεν, ὡς ἐπιτέλλω.

Il. XI v. 788 sq. cf. v. 785. Il. XVI v. 839. Il. XIX v, 194. Il. XV v. 148. v. 377:

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας·
νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα.

Od. VII v. 222. (Bekkerus habet imperativum.) Od. XI v. 72. v. 74 sq. v. 77. Od. XXIII v. 355. cf. v. 349, XXIII v. 365. Il. XXIII v. 83. (cf. v. 82: *ἐφήσομαι*). Hes. opp. v. 366 sq.

In Il. IV v. 42. Il. V vv. 261—264. Od. XI v. 456. Od. XVI v. 285 sqq., qui versus tamen a Bekkero in marginem remoti sunt, Od. XV v. 33 (cf. v. 27) sq., v. 37 sq., v. 40 imperativorum loco dicti sunt infinitivi post verba:

(ἀλλὰ) σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, aut:
σὺ δὲ σύνθεο θυμῷ, quae propter imperativos imperandi verbo paria sunt habenda.

At non semper tam aperte, ut demonstratum est, veteres poetae, quo modo sint intelligendi infinitivi, declarant, sed liberius etiam in hac modi ellipsi adhibenda versati et latius quodammodo evagati sunt. Quid? imperandi verbum nonne iam continetur iis verbis, quae in universum verba facere ad aliquem vel oratione aliquid communicare cum aliquo significant? Mirum igitur nullo modo videri potest, si poetae a speciali, sit venia verbo, ad generale verbum transeunt, quod fieri videmus multis in locis. Res in praesenti minus perspicua nunquam dubia est, si totam orationem contemplamur et si verborum contextus animis nostris obversatur, quia si quis alterum alloquitur, hic etiam, ut sibi aliquid imperetur, exspectare debet. Accedit, quod plerumque haec enuntiata incipiunt a particula exhortativa aut ab appellatione eius, ad quem verba spectant. Hoc igitur in dicendi genere, ubi non

semper certum aliquod verbum aut significatio exstat, e qua quasi profluat modus, qui supplendus est, altius nonnunquam spectare cogimur et usque ad poetae consilium recurrere. Fieri autem id oportet, si praecepta et proverbia et similes sententiae, quae in universum valent, proferuntur, ut in poesi gnomica, quae illam praecipiendi, suadendi, exhortandi vim, ut iam supra dixi, prae se fert. Itaque huic parti ascribenda sunt Hesiodi quae feruntur praecepta philosophica et oeconomica ad Persen fratrem et nonnulla e poetarum elegicorum aliorumque reliquiis. Priusquam autem ad illa accedam, enumerabo, quos e ceteris poetis hic in contemplationem vocatis in hanc partem esse referendos censui locos:

Il. I v. 582:

ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσιν·

Oratio incipit in v. 571 a verbis:

τοῖσιν δ' Ἥφαιστος κλυτοτέχνης ἦρχ' ἀγορεύειν.

Od. IV v. 408. Od. XII v. 57 sq.:

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
θυμῷ βουλεύειν·

Od. XII v. 108 sq., praecedit verbum *ἀγορεύειν*.

Il. IV v. 53, v. 64:

σὺ δὲ θᾶσσον Ἀθηναίῃ ἐπιτεῖλαι κτέ.

Od. XII v. 124. Od. XIII v. 404:

αὐτὸς δὲ πρώτιστα συβώτην εἰσαφικέσθαι.

Od. XIII v. 411, Il. XXIII v. 551. Praecedit omnibus his locis verbum *ἀμείβεσθαι*.

Post verba *ἔπεα δὲ πτερόεντα προσηύδα* infinitivus pro imperativo positus his locis invenitur: Il. V v. 124:

θαρσῶν νῦν, Διόμηδες, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι.

Il. V v. 130:

μή τι σύ γ' ἀθανάτοισι θεοῖς ἀντικρὺ μάχεσθαι
τοῖς ἄλλοις·

Il. V v. 132. Il. XVII v. 501. Il. XX v. 335, v. 338. Il. XXIII v. 605. Od. XI v. 121, v. 132. Od. XXII v. 287 sqq.

Hes. Scut. v. 121:

Ἥρως ὦ Ἰόλαε, διοτρεφές, οὐκέτι τηλοῦ
ὑσμίνη τρηχεῖα· σὺ δ' ὡς πάρος ἦσθα δαΐφρων,
ὥς καὶ νῦν μέγαν ἵππον Ἀρείονα κυανοχαίτην
πάντῃ ἀναστροφᾶν, καὶ ἀρηγέμεν ὥς κε δύνηαι.

Aliis in locis oratio incipit a verbis *προσέφη*, *προσέειπεν*, *μετέειπεν*, *μυθεῖτο*, *εἶπε τε μῦθον*, *φάτο μῦθον*, *προσεφώνεε*, *ἔπος ηὔδα* aliis: Il. IX v. 279 (cf. v. 262), v. 281, v. 288:

νῆα ἅλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ νηήσασθαι
εἰσελθών, *κτέ.*
Τρωϊάδας δὲ γυναῖκας ἐείκοσιν αὐτὸς ἑλέσθαι,
τάων ἥν κ' ἐθέλῃσθα, φίλην ἀνάεδνον ἄγεσθαι
πρὸς οἶκον κτέ.

Hi versus leguntur in Ulixis oratione ad Achillem, quae proficiscitur a v. 224:

πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας δείδεκτ' Ἀχιλῆα·

v. 262 iterum ad Achillem se convertit:

εἰ δέ, σὺ μέν μευ ἄκουσον, ἐγὼ δέ κέ τοι καταλέξω κτέ.

Il. VII v. 461 sq. Il. XVII v. 692. Il. XIX v. 147 sq.:

Ἀτρείδη κύδιστε, ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,
δῶρα μέν, αἴ κ' ἐθέλῃσθα, παρασχέμεν, ὡς ἐπιεικές,
ἤτ' ἐχέμεν· πάρα σοί.

Od. IX v. 504. Od. XIV v. 396, v. 399. Od. XXII vv. 173—176. Il. X v. 65 (cf. v. 62), v. 347, v. 238. Il. XXI v. 501. Il. XXII v. 259: *ὥς σὲ ῥὺ ῥέξειν*
in fine orationis.

Od. XI. vv. 440—443:

ὁ δέ μ' αὐτίκ' ἀμειβόμενος προσέειπεν·
τῷ νῦν μή ποτε καὶ σὺ γυναικί περ ἤπιος εἶναι·
μή οἱ μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν, ὅν κ' εὖ εἰδῇς,
ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι.

Il. XIV v. 501. Od. V v. 30. Il. XXI v. 293 sqq.:

αὐτάρ τοι πυκινῶς ὑποθησόμεθ', αἴ κε πίθηαι·
μὴ πρὶν παύειν χεῖρας ὁμοιΐου πολέμοιο κτέ.
....*σὺ δ' Ἕκτορα θυμὸν ἀπούρας*
ἂψ ἐπὶ νῆας ἴμεν.

Il. XXIII v. 247. vv. 334—337 (cf. v. 326), v. 340, v. 343:

ἀλλά, φίλος, φρονέων πεφυλαγμένος εἶναι.

Od. V v. 342: *ἀλλὰ μάλ' ὧδ' ἔρξαι.*

Il. XXIV v. 592:

μή μοι, Πάτροκλε, σκυδμαινέμεν, αἴ κε πύθηαι κτέ.

Od. X v. 295, v. 297, v. 299 sq. (cf. v. 289). Od. XII v. 47. Od. XIII vv. 307—310:

σὺ δὲ τετλάμεναι καὶ ἀνάγκῃ,
μηδέ τῳ ἐκφάσθαι μήτ' ἀνδρῶν μήτε γυναικῶν,
....ἀλλὰ σιωπῇ
πάσχειν ἄλγεα πολλά, βίας ὑποδεγμένος ἀνδρῶν.
(cf. v. 303 sqq.)

Od. XV v. 543. Hes. Scût. v. 331 sqq.:
εὖτ' ἂν δὴ Κύκνον γλυκερῆς αἰῶνος ἀμέρσῃς,
τὸν μὲν ἔπειτ' αὐτοῦ λιπέειν καὶ τεύχεα τοῖο,
αὐτὸς δὲ βροτολοιγὸν Ἄρην ἐπιόντα δοκεύσας,
ἔνθα κε γυμνωθέντα σάκευς ὑπὸ δαιδαλέοιο
ὀφθαλμοῖσιν ἴδῃς, ἔνθ' οὐτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ·
ἂψ δ' ἀναχάσσασθαι·

post verba: *ἄλλο δέ σοί τι ἔπος ἐρέω.* Hymn. in Apoll. Pyth. v. 358. Epigram. *πρὸς Γλαῦκον τὸν αἰπόλον,* (XI apud Frankium) v. 3:
Γλαῦκε, βοτῶν ἐπίοπτα, ἔπος τί τοι ἐν φρεσὶ θήσω·
πρῶτον μὲν κυσὶ δεῖπνον ἐπ' αὐλείῃσι θύρῃσι
δοῦναι·

Eurip. Orest. v. 624:
μὴ τῷδ' ἀμύνειν φόνον ἐναντίον θεοῖς·
ἔα δ' ὑπ' ἀστῶν καταφονευθῆναι πέτροις κτέ.

(cf. v. 622). Eurip. frgt. 606 e Peliadibus:
διδάξαι δ' ὦ τέκνον σὲ βούλομαι·
ὅταν μὲν ᾖς παῖς, μὴ πλέον παιδὸς φρονεῖν,
ἐν παρθένοις δὲ παρθένου τροποὺς ἔχειν,
ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς,
....
τά δ' ἄλλ' ἀφεῖναι μηχανήματ' ἀνδράσιν.

In Aristophanis Thesm. v. 157 Mnesilochus dicit:
ὅταν σατύρους τοίνυν ποιῇς, καλεῖν ἐμέ,
ἵνα συμποιῶ σοὔπισθεν ἑστηκὼς ἐγώ.

Iubendi significatio hoc loco petenda est e v. 152, e verbo *δεῖ*, neque tamen repetendum esse hoc verbum ad infinitivum *καλεῖν* puto, quippe quum eiusmodi advocandi necessitas non insit in verbis, sed exhortatio.

Strattis comicus in Phoenissis (Mein. tom. II 2 pg. 780) dicit: *Παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν·*
ὅταν φακῆν ἕψητε, μὴ 'πιχεῖν μύρον, quae verba si-

milia Euripidis Phoeniss. v. 460 sqq., ubi in altera enuntiati parte *χρὴ* legitur.

Primum Hipponactis fgt. (Bergk. pg. 751) huc etiam referendum est:

Ἔβωσε Μαίας παῖδα, Κολλήνης πάλμυν·
Ἑρμῆ κνάγχα, Μῃονιστὶ Κανδαῦλα,
φωρῶν ἑταῖρε, δεῦρό μοι σκαπαρδεῦσαι.

Plane diversum ab Homericis et ceteris, quae Hesiodi sub nomine nobis tradita sunt, carminibus est illud, quod „opera et dies" vulgo appellatur, compositum e diversis non satis inter se cohaerentibus sententiis, quas in unum ab uno poeta carmen redactas esse non sit verisimile. (Cf. Lehrs, quaestt. epp. pg. 179.) Haec potissimum causa et indoles carminis, cur seorsim de eo disputarem, me excitarunt, quippe quum singulas sententias commemorando, in quibus infinitivus imperativi vi adhibeatur, non satis aliquando, cur id fieri possit, intelligatur. Poeta quidem iterum iterumque per apostrophen ad Persen fratrem se convertit, ut v. 27, v. 213, v. 274, v. 286, v. 299, v. 611, v. 641, sed multae quoque sententiae insertae sunt, quae ad unum quemlibet pertinent. In his autem praecipiendi verbum e carminis indole vel potius e poetae consilio petendum est. Totum igitur carmen, ut legitur in editione Goettlingiana altera, in contemplationem vocabo inde a v. 274, ubi praecepta fratri data incipiunt et certos locos enumerabo. Quae poeta profert in vv. 336 sqq.:

κὰδ' δύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανατοῖσι θεοῖσιν
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν.

v. 342 sq.:

Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι·
τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν κτέ.

v. 349:

Εὖ μὲν μετ ρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι κτέ.

v. 352 sqq., v. 368 sq., v. 371, v. 382, qui quidem versus cum antecedenti postea additus videtur ad finem imponendum prioribus dictis post interpositos decem versus, ad unum Persen pertinent. Cf. vv. 274, 298. Itaque quum oratio fiat de altera persona, ubi subiectum enuntiati brevitatis causa deest, supplendum est in casu nominativo.

In altera poematis parte, quae est de agricultura v. 407:

χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι,

v. 410:

μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔννηφιν·

v. 423, v. 426 sq., v. 432, v. 437, v. 448, v. 452. In v. 457:

ἑκατὸν δέ τε δοῦραθ' ἁμάξης,

τῶν πρόσθεν μελέτην ἐχέμεν οἰκήϊα θέσθαι,

ubi cod. Sangallensis praebet *μ. δεῖ ἔχειν* e glossemate; emendatio aperte indicat infinitivi vim. v. 462 sq., v. 465, v. 505, v. 536 sqq., v. 542, v. 544, v. 546, v. 554, v. 557, v. 562, quem cum antecedenti et sequenti iam Plutarchus damnavit, v. 570, v. 573 sq., v. 576, v. 596 sq., v. 600, v. 606, v. 608, v. 612 sq., v. 616 eadem, quam antea memoravi, de causa de altera persona cogitare nos cogunt. Praeterea in vv. 408, 425, 427, 448, 502, aliis attributis subiecto in casu nominativo additis docemur de altera persona. V. 459:

δὴ τότ' ἐφορμηθῆναι ὁμῶς δμῶές τε καὶ αὐτὸς

αὔην καὶ διερὴν ἀρότοιο καθ' ὥρην κτέ.

spectat ad alteram numeri pluralis personam, sed statim redit v. 460 poeta ad Persen solum. De v. 422:

τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον

pauca sunt dicenda. Quaeritur, quo cum vocabulo participium *μεμνημένος* sit coniungendum, utrum imperativum verbi *εἶναι* (scil. infinitivum) suppleamus ex analogia cum v. 616:

τότ' ἔπειτ' ἀρότου μεμνημένος εἶναι, et

cum v. 641:

Τύνη δ', ὦ Πέρση, ἔργων μεμνημένος εἶναι,

an cum verbis *ὥριον ἔργον* coniungamus. Sed his duobus in locis et v. 298 et in Theog. v. 562 et in multis Homeri locis habemus genitivum, quamquam *μέμνημαι* saepe cum accusativo componitur. Qua re vetamur verba hoc vel illo modo coniungere. Seorsim igitur hic et in vv. 623 et 711:

γῆν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.

δὶς τόσα τίνυσθαι μεμνημένος,

participium legamus necesse est, ut referatur ad subiectum in *ὑλοτομεῖν* infinitivo omissum, ut in v. 298, ubi cum imperativo coniunctum est. De verbis autem *ὥριον ἔργον* eorumque interpretatione cf. Hermanni opusc. VI pg. 234 ibique Tzetzae locum.

Tertia praeceptorum pars de navigatione inchoatur a. v. 618, in quo σὲ pronomen indicat, pergere poetam in fratre docendo. Praecipiendi notio, quae suppleri iam potest e priore carmine, iteratur in primis versibus, v. 622 sqq.:

καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
γῆν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.
νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι, πυκάσαι τε λίθοισι
πάντοθεν κτέ.

Vv. 629 sqq., 641, 643 cohaerentes nullam praebent difficultatem et coniungendi sunt cum vv. 646—662, v. 672 sqq. In v. 689 sq.:

μηδ' ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι·
ἀλλὰ πλέω λείπειν, τὰ δὲ μείονα φορτίζεσθαι.

poeta redit ad praecepta post intermissos aliquot versus, repetit autem denuo in v. 687 sq.:

ἀλλά σ' ἄνωγα
φράζεσθαι τάδε πάντα μετὰ φρεσίν, ὡς ἀγορεύω,

praecipiendi notionem.

Haec de navigatione praecepta terminantur v. 694:

μέτρα φυλάσσεσθαι· καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος,

et ethica adnectuntur usque ad finem genuini carminis. Multa infinitivi exempla hac quoque in parte exstant, ut in v. 695:

Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι,

v. 699 sq., v. 706 sq., v. 709 sqq., v. 722, v. 724, v. 727, v. 734, v. 738, v. 743 sq., v. 746, v. 756, v. 758, v. 760, quibus omnibus in locis oratio ita instituta est, ut de altera persona cogitare cogamur, cf. v. 760:

ὧδ' ἔρδειν· δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην.

De v. 750 sqq.:

Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν, οὐ γὰρ ἄμεινον,
παῖδα δυωδεκαταῖον, ὅτ' ἀνέρ' ἀνήνορα ποιεῖ,
μηδὲ δυωδεκάμηνον·

laudo, quod Hermannus disputavit in iudicio de editione Goettl. priore (cf. opusc. VI pg. 250), quum Goettlingii sententiae (cf. ad l.) mihi repugnare videatur praeter *καθίζειν* verbi significationem *δυωδεκάμηνον* vocabulum.

Quod incipit carmen de diebus, calendarium illud vetustissimum, inde a v. 765:

Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος εὖ κατὰ μοῖραν
πεφραδέμεν δμώεσσι·

per *δὲ* particulam coniungitur cum antecedenti et per infinitivum cum subiecto in casu nominativo addito indicat poeta, de quo a Perse docendi sint servi. Cf. vv. 819 et 797: *πεφύλαξο δὲ θυμῷ κτέ.* Porro praecepta habemus in vv. 767, 780, 790, 792 sq.:

εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ, πλέῳ ἤματι, ἴστορα φῶτα
γείνασθαι, ubi Hermanni explicationem sequor: „hoc die virum catum procreabis," cui repugnare mihi non videntur verba sequentia: *μάλα γάρ τε νόον πεπυκασμένος ἐστίν,* quamquam idem alio modo addunt, quod ferri potest in epico carmine, potissimum non genuino; vv. 797, 800, 802, 809:

τετράδι δ' ἄρχεσθαι νῆας πήγονσθαι ἀραιάς.

Ex alio Hesiodi carmine, quod „*Χείρωνος ὑποθῆκαι*" inscriptum fuit, pauca nobis servata sunt verba, quae eundem dicendi usum demonstrant. Exstat fragmentum in scholiis Pindaricis trium versuum, quod initium carminis fuisse scholiastes tradit (Goettl. frgt. CLXXVIII):

εὖ νῦν μοι τάδ' ἕκαστα μετὰ φρεσὶ πευκαλίμοισι
φράζεσθαι· πρῶτον μὲν, ὅτ' εἰς δόμον εἰσαφίκηαι,
ἕρδειν ἱερὰ καλὰ θεοῖς αἰειγενέτῃσι.

Ad *φράζεσθαι* infinitivum e titulo carminis praecipiendi vis petenda est, ab *ἕρδειν* verbo autem incipiunt diversa praecepta Chironis. Aliud etiam ex eodem carmine fragmentum servatum est a Gregorio Corinthio grammatico (§ XXXII, ed. Schaef. pg. 425), qui Hesiodi verba commemorat, ubi de hoc infinitivi usu disserit:

Ἀρκεῖσθαι παρ' ἑοῖς, τῶνδ' ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι·
ἀντὶ τοῦ ἀρκοῦ καὶ ἀπέχου.

Eadem atque carmnia Hesiodea ratione compositae fuisse videntur Theognidis „*γνῶμαι πρὸς Κύρνον.*" Quae ex illis carminibus aetatem tulerunt, non satis inter se cohaerent, ut certum iudicium facere liceat, quo modo singulae sententiae compositae fuerint. Quamquam conscius mihi, cavendum esse in eiusmodi rebus, ne nimis sagaces in errores et hariolationes incidamus, tamen Theognidem etiam hunc dicendi modum usurpasse aliquot mihi sententiae probare videntur. Ut in

universum verba pertinent ad alteram personam, ita in his quoque versibus aptissime de Cyrno cogitari puto:

Μήποτε τὸν κακὸν ἄνδρα φίλον ποιεῖσθαι ἑταῖρον,
ἀλλ' αἰεὶ φεύγειν ὥστε κακὸν λιμένα,

qui versus sunt apud Bergkium 113 et 114. Praeter eos huc refero vv. 159 sq.:

Μήποτε, Κύρν', ἀγορᾶσθαι ἔπος μέγα· οἶδε γὰρ οὐδεὶς
ἀνθρώπων ὅ τι νὺξ χἠμέρη ἀνδρὶ τελεῖ.

323 sq.:

Μὴ ποτ' ἐπὶ σμικρᾷ προφάσει φίλον ἄνδρ' ἀπολέσσαι
πειθόμενος χαλεπῇ, Κύρνε, διαβολίῃ.

1257 sq.:

Ὦ παῖ, κινδύνοισι πολυπλάγτοισιν ὁμοῖος
ὀργὴν, ἄλλοτε τοῖς, ἄλλοτε τοῖσι φιλεῖν.

335 sq.:

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν· πάντων μέσ' ἄριστα· καὶ οὕτως
ἕξεις, Κυρν', ἀρετήν, ἥν τε λαβεῖν χαλεπόν,

cuius distichi verba prima: *μηδὲν ἄγαν σπεύδειν*, iterum leguntur v. 401, ubi Bergkius adnotat: „fortasse Phocylidis sunt.“ Adiungo v. 519:

ἢν δέ τις εἰρωτᾷ τὸν ἐμὸν βίον, ὧδέ οἱ εἰπεῖν·

cf. v. 516. Hae sententiae non pendere mihi videntur ab antecedenti *βούλευ* aut *μέμνησο*, quod omissum esse ab iis, qui haec disticha e connexis carminibus conscripserunt, cogitari quidem potest, sed verisimile non videtur et propter finitas plerumque singulis distichis sententias et propter imperativum aut coniunctivum prohibitivum, qui multis in locis, ut v. 365 sq., v. 375 sq., v. 359 sq., v. 461 sq. legitur.

Hic etiam adscribendum est Simonidis Cei epigramma (Bergk. 98):

Ὦ ξεῖν', ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

Cf. Cic. Tusc. I, 42:

Dic, hospes, Spartae nos te hic vidisse iacentis,
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.

Exhortandi vel praecipiendi gratia epigrammata scribuntur.

In praeceptis hunc infinitivi pro imperativo usum apud veteres late patuisse non solum e carminibus Hesiodeis cognoscimus, sed etiam ex aliis poematibus colligi potest, quae

quamvis non sint genuina, tamen, quum certe ad similitudinem genuinorum carminum sint composita, grammaticae compositionis indicium habent. In carmine pseudophocylideo (Bergk. pg. 456 sqq.) viginti septem exempla, in „aureo Pythagoraeorum carmine" (Mullach. pg. 195) quinque invenies exempla, in quibus infinitivus imperative dictus sine ulla significationis differentia cum imperativo, qui plurimis in versibus adhibetur, commutatur.

At in enumerandis locis Hesiodeis aliquot omisi, quippe qui, quod attinet ad constructionem grammaticam, a ceteris differant. Iam in illo in omnibus libris grammaticis commemorato, nec tamen explicato loco (v. 391 sq.):

γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,
γυμνὸν δ' ἀμάαν, εἴ χ' ὥρια πάντ' ἐθέλῃσθα
ἔργα κομίζεσθαι Δημήτερος·,

quem Vergilius interpretatus est in Georg. I v. 299:

„Nudus ara, sere nudus, hiems ignava colono"

habemus accusativum pro nominativo, qui casus in iis, quos ante commemoravi, locis aut legitur aut supplendus est. Pari modo in v. 715 sq.:

μηδὲ πολύξεινον μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι,
μηδὲ κακῶν ἕταρον μηδ' ἐσθλῶν νεικεστῆρα.

v. 735 sq.:

μηδ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοστήσαντα
σπερμαίνειν γενεήν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός.

v. 748 sq.:

μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιρρέκτων ἀνελόντα
ἔσθειν μηδὲ λόεσθαι.,

accusativus positus est, quamquam praecepta pertinere ad alteram personam apertum est, ut in v. 755 sq.:

μηδ' ἱεροῖσι ἐπ' αἰθομένοισι κυρήσας
μωμεύειν ἀΐδηλα· θεός τοι καὶ τὰ νεμεσσᾷ, et

in v. 796 sq.:

καὶ κύνα καρχαρόδοντα καὶ οὐρῆας ταλαεργοὺς
πρηΰνειν ἐπὶ χεῖρα τιθείς., ubi nominativus legitur.

Quaestio igitur oritur, qua de causa accusativus ponatur et quae differentia significationis intercedat inter hos dicendi modos. Nominativo enim praedicatur aliquid de subiecto, cum quo adiectiva et participia in casu consentiunt, aut attribuitur

aliquid subiecto, ut alia quasi notio efficiatur. Quod vocabulum ubi cum infinitivo coniungitur, nullo alio casu nisi in accusativo intelligi et dici potest, quia infinitivus vim verbalem retinens id tamquam includit, in rem appositam transeunte vi verbali.[8]) Ut id quod nomini attribuitur et cum eo ita coalescit, ut nova quasi notio oriatur, ita etiam aliquid attribui potest verbo vel potius merae verbi significationi, quae est in infinitivo, quod cum illo in unum coalescat. Adverbio enim plane aliter verbum definitur atque nomine: illud enim adfert id quod fortuitum est neque inhaerere et coalescere potest cum sensu verbali. Si igitur subiectum personae definire nolumus, sed verbum, aut adverbium ponere debemus, ubi sensus patitur, aut accusativum nominis adiectivi vel participii, quod ad subiectum, id est ad personam, refertur, si adverbio id quod volumus non exprimitur. *Γυμνῶς* autem, nude vel nudo modo, *σπείρειν* nemo iuberi potest, sed serendi actio pertinet ad hominem et is tantum nudus esse potest. Retinetur igitur hominis significatio, accusativus relatus ad personam, de qua agitur, adhibetur. Quae autem differentia intercedat inter nominativum et accusativum, iam videamus, nam hac etiam in re certam causam subesse opus est. Si *γυμνὸς σπείρειν* ctt. dixisset poeta, hoc attributo discerni voluisset subiectum ab aliis hominibus. At quaero, id num voluerit poeta? Minime, ne potuit quidem, sed nudum inter serendum voluit esse in opere ipso. In verbo vel in actione differentia est, itaque ad id referri oportuit adiectivum. Legimus ter apud Hesiodum cum infinitivo *μεμνημένος* participium, in opp. vv. 623, 711, 422: *τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος* Per hoc participium persona agens alio modo describitur, hac re differt ab aliis, quia memor est praecepti dati, pronomen *σὺ* et *μεμνημένος* verbum unam notionem efficiunt. Non inter lignandum memor est, sed quia memor est, lignatur. *Γυμνὸς* autem *σπείρειν*, ut iam demonstravi, dici non potest, quippe *γυμνότης* hic non sit nota personae, qua differat ab aliis, sed

---

[8]) Cf. Krueger II § 55, 2, 7. R. Kuehner, Schulgr. § 307, 2, adn. 3. Schneidewin. ad Soph. Electr. v. 962. Cf. Aesch. Choeph. v. 140. Sept. v. 625. Tibull. I 10, 44 sq., quibus in locis acc. attrahitur infinitivo.

nota actionis, quam quis nudus perficere iubetur, dum alia munera ab homine eodem non nudo perficiuntur. Hac igitur re poeta diversam esse vult actionem ab aliis. Pari modo, si contemplamur v. 733 sq.:

Μηδ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος . . παραφαινέμεν

et v. 735 sq.: *μηδ' ἀπὸ δυσφήμου τάφου ἀπονοστήσαντα — σπερμαίνειν γενέην* — et comparamus, videmus, per verba *α. γ. πεπαλαγμένος* recte describi posse personam, non actionem verbi, contra autem participium *ἀπονοστήσας* sensum non habere, si personae, quae differat ab aliis, attribuitur, sed procreandi actionem perfici tempore indicato vetat poeta.

In v. 715: *μηδὲ πολύξεινον μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι* omnino nominativus cogitari non potest. Perses enim non is est, qui agit, sed is qui prohibet, quo minus homines ipsum appellent hominem inhospitalem. Sententia igitur est: ne permittas, te hominem hospitalissimum aut inhospitalem vocari, scil. ab aliis. Accusativi igitur ad subiectum referri non possunt, sed ad obiectum logicum, quod in verbo *καλέεσθαι* abditum est, ad Persen.

Haec iam sufficiant de altera persona. Ex his, quae disputavi, facile perspici puto, qui fiat, ut si tertia persona per infinitivum pro imperativo adhibitum aliquid facere iubeatur, accusativus subiecti plerumque usurpetur. Tertia persona ab eo, qui imperat vel praecipit, remotior est, iubetur igitur actio, ut ita dicam, nulla certa persona iam cogitata. Verbi autem vis quum non aliter nisi ad personam relata cogitari possit, transit at eam, quae obiectum fit actionis. Ita hic coalescunt persona et res in unam notionem. Cf. Hes. opp. v. 807:

ὑλοτόμον τε ταμεῖν θαλαμήϊα δοῦρα κτέ.

Sed haec exempla in sequenti parte enumeranda sunt, ad quam iam transeamus.

Pars altera.

B. De infinitivo pro imperativo tertiae personae.

Omnes quos ante enumeravi infinitivos, pro imperativis secundae personae dicti sunt. Sed habemus etiam tertiae personae exempla, de quibus quo modo res se habeat, iam videamus. Quas antea leges secuti sumus, eae hic

quoque retinendae sunt: si ea persona, quae actionem peragere iubetur, nominativo significatur aut eo in casu animo supplenda est, tamquam prope adstantem eam cogitare debemus, quae statim rem mandatam perfectura sit — eius autem generis me duo tantum scire exempla praefari iam mihi liceat; — si vero accusativus personae invenitur, eadem atque ante in altera persona explicandi ratio adhibenda est. Duo nominativi exempla leguntur apud Homerum, alterum in Il. libro VI. v. 92 sq., verba sunt Heleni:

Ἕκτορ, ἀτὰρ σὺ πόλινδε μετέρχεο, εἰπὲ δ' ἔπειτα
μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ· ἡ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς
νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλει ἄκρῃ,
οἴξασα κληῖδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο,
πέπλον, ὅς οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος
εἶναι ἐνὶ μεγάρῳ καί οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ,
θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο,
καί οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ κτέ.

Verba ita mandantur, tamquam Hecuba adstaret. Cf. v. 269 sqq., ubi Hector mandata efficit, sed pro *θεῖναι θὲς* imperativo utitur, contra autem *ὑποσχέσθαι* infinitivum retinet. Alter locus est in Il. libro VII v. 79, ubi Hector haec dicit:

Ὧδε δὲ μυθέομαι, Ζεὺς δ' ἄμμ' ἐπιμάρτυρος ἔστω·
εἰ μέν κεν ἐμὲ κεῖνος ἕλῃ ταναήκεϊ χαλκῷ,
τεύχεα συλήσας φερέτω κοιλὰς ἐπὶ νῆας,
σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν κτέ.

Tertiae personae exempla duo, in quibus accusativus legitur, habemus apud Hesiodum in opp. v. 753 sq.:

Μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι
ἀνέρα·

v. 807:

ὑλοτόμον τε ταμεῖν θαλαμήϊα δοῦρα κτέ.

Cf. Solonis frgt. 27 (Bergk. pg. 431) v. 9 sq.:

πέμπτῃ δ' ὡρίον ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι
καὶ παίδων ζητεῖν εἰσοπίσω γενεήν.

Pars tertia.

De locis aliquot dubiis.

Quos in prioribus partibus commemoravi locos, neque dubitationes de significatione verborum et structura grammatica admittunt, neque criticas difficultates praebent, nisi quod apud Homerum duobus locis cod. optimus et interpretes veteres dissentiunt (Il. V v. 606. Od. VII v. 222) et in hymno in Apoll. Pyth. v. 314 cod. Ambros. solus imperativum pro infinitivo praebet. Res praeterea minoris momenti et qui loci a viris, quorum auctoritas non negligenda est in eiusmodi rebus, in suspicionem vocati sint, suo loco indicavi. Restant autem aliquot loci, qui remotis aut grammaticis aut criticis dubitationibus, enumeratis usus de quo agitur exemplis aut adscribendi aut reiiciendi sunt.

Primum disseram de iis locis, quae explicandi difficultatem aliquam habent. Quae apud Hesiodum in opp. v. 592 sqq. legimus verba:

ἐπὶ δ' αἴθοπα πινέμεν οἶνον,
ἐν σκιῇ ἑζόμενον, κεκορημένον ἦτορ ἐδωδῆς,
ἀντίον ἀκραέος Ζεφύρου τρέψαντα πρόσωπον κτἑ.

praeceptum continere non puto neque disiungenda esse a praecedentibus: *ἀλλὰ τότ' ἤδη*
εἴη πετραίη τε σκιή, καὶ βέβλινος οἶνος κτἑ.

Ἐπὶ adverbialiter dictum est et apud *πινέμεν* infinitivum aut antecedens *εἴη* valet aut infinitivus pro optativo ut saepissime positus est. Accusativi sequentes explicationem habent secundum Krueg. gramm. I § 55, 2, 7. Vix enim fieri posse censeo, ut tam celeriter poeta tamquam ex improviso ex optativo transeat ad imperandum, cuius rei nulla causa exstat in praecedentibus versibus. Verba autem *ἐπὶ δὲ* iam exspectationem novi voti excitant. Fortasse locum mutatum et genuina structura destitutum habemus, quae suspicio iam Hermannum (cf. opusc. VI pg. 243) impulit, ut versus alios removeret, alios emendaret.

Sine ulla causa in vv. 147 et 217 hymni in Cererem contra cod. Moscov. Brunckius *τετλάμεν* et *ἀχνυμένοις* scripsit pro traditis verbis:

Μαῖα, θεῶν μὲν δῶρα καὶ ἀχνύμενοί περ ἀνάγκῃ
τέτλαμεν ἄνθρωποι,

ut esset infinitivus pro imperativo primae personae positus. (cf. Franke ad l.) Quid? pro imperativo primae personae, quem lingua non habet? Iam igitur suo iure Hermannus et post cum edd. ad id, quod cod. praebet, redierunt, potissimum quum causa mutandi adesset nulla. In errorem fortasse induxerunt verba Homeri in Od. XIII v. 307:

σὺ δὲ τετλάμεναι καὶ ἀνάγκῃ·

Fuerunt etiam ante Buttmannum, qui in Od. XX v. 311:

ἀλλ' ἔμπης τάδε μὲν καὶ τέτλαμεν εἰσορόωντες

pari modo errarent.

In Aristophanis Ran. v. 170 Xanthias dicit: *τότε μ' ἄγειν.* Berglerus infinitivum pro imperativo dictum putat, ut in v. 133, Nub. v. 1080 et haec adscripsit: „Potest subintelligi *μέμνησο* aut quandoque *δεῖ* aut alia verba explendo sensui apta.“ Nescio quo errore commoti viri docti coniunctivum exhortativum pro imperativo primae personae induxerint. Mihi haec verba consideranti nihil aliud significare videntur nisi: tum me portare oportet. Illud vero *δεῖ*, quod flagitatur sensu, e *μίσθωσαι* imperativo v. 166 eruendum est, ut saepissime fit in adiectivis verbalibus.

Pariter atque hoc loco, quod in antecedentibus versibus aperte dictum est, in sequentibus suppleo in Xenophanis elegia I v. 17:

σπείσαντας δὲ καὶ εὐξαμένους τὰ δίκαια δύνασθαι
πρήσσειν. . . .
. . . πίνειν ὁπόσον κεν ἔχων ἀφίκοιο κτέ.,

si ita recte cum Bergkio scribitur (pg. 477 ed. III), e v. 13 *χρή*, quippe quum etiam subiectum enuntiati *ἄνδρας* ex illo versu petendum sit.

In solemni praeconum formula apud Aristophanem infinitivum imperative dictum esse nego; repetuntur verba ita ut mandata sunt. Cf. Ach. v. 172:

τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι, παρεῖναι δ' εἰς ἔνην.

Pac. v. 550:

ἀκούετε λεῴ· τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι κτέ.,

ubi in v. 550 oratio plena invenitur:

ἴθι νῦν ἄνειπε τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι.

Ran. v. 1508: *καὶ φράζ' αὐτοῖς ταχέως ἥκειν*
ὡς ἐμὲ δευρὶ καὶ μὴ μέλλειν.

Av. v. 448 sqq.:

ἀκούετε λεῴ· τοὺς ὁπλίτας νυνμενὶ
ἀνελομένους ϑὤπλ' ἀπιέναι πάλιν οἴκαδε,
σκοπεῖν δ' ὅτι ἂν προγράφωμεν ἐν τοῖς πινακίοις.

Ex iis autem, quas hac tota dissertatione probare studui leges, removendi et alia ratione interpretandi sunt duo loci, in quibus omnes fere interpretes et grammatici infinitivum imperativi loco positum esse arbitrati sunt. In Sophoclis Electr. v. 9:

οἷ δ' ἱκάνομεν,
φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ὁρᾶν κτέ.

paedagogus id putare Orestem iubere non potest, quum nesciat ille, ubi sit. Iam in v. 2 significatum est, quid sit supplendum: *ἔξεστί σοι .... παρόντι λεύσσειν,* neque etiam oratio ita est instituta, ut imperativum exspectemus. Cf. Aristoph. Av. v. 1566:

τὸ δὲ πόλισμα τῆς Νεφελοκοκκυγίας
ὁρᾶν τοδὶ πάρεστιν, οἷ πρεσβεύομεν,

et Astydamantis tragici frgt. VIII v. 3·

ὅστις ἂν δίκαιος ᾖ
τρόπους τ' ἄριστος, τοῦτον εὐγενῆ καλεῖν (scil. *ἐστί*).
ἓν ἑκατόν ἐστιν εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα.

Comicus quidam, cuius fragmentum nobis tradidit Stobaeus in floril. XLIII, 27 cum lemmate Heniochi:

τὸ χωρίον μὲν γὰρ τόδ' ἔστι πᾶν κύκλῳ
Ὀλυμπία· τηνδὶ δὲ τὴν σκηνὴν ἐκεῖ
σκηνὴν ὁρᾶν ϑεωρικὴν νόμιζέ σε,

si, quod verisimile est, Sophoclis verba menti eius obversata sunt, aliter atque nos locum intellexit, et fortasse etiam Euripides ea in animo habuit in Iph. Taur. v. 70 sq.: ubi *χρεὼν* scripsit:

ΟΡ. *Πυλάδη, δοκεῖ σοι μέλαϑρα ταῦτ' εἶναι ϑεᾶς;*
ΠΥ. *ἔμοιγ', Ὀρέστα· σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών.*

Aliter res se habet in Soph. Phil. v. 1411 et in Oed. R. v. 462, ubi imperativi praecedunt, quos infinitivus excipit, ut imperandi notio non desit.

In Phil. v. 57:

ὅταν σ' ἐρωτᾷ τίς τε καὶ πόϑεν πάρει,
λέγειν, Ἀχιλλέως παῖς· τόδ' οὐχὶ κλεπτέον,

supplendum est *δεῖ*, quod in v. 54 legitur, quo cum versu v. 57 arte cohaeret; tum abditum etiam est in *κλεπτέον* adiectivo (cf. Krueg. l. c. I § 56, 18,3). Tali ex adiectivo supplendum re vera est *δεῖ* in comici incerti fragmento (apud. Mein. tom. IV pg. 238) XVIII:

κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον
εἶναι βίου βλάπτοντα χρηστόν.
Ἅπαντα δ' ἀγαθὸν εἶναι θεόν.

„Bonus sit necesse est is qui sit Deus.“

His locis enumeratis, qui probata hac vel illa interpretatione aut adscribendi ceteris, in quibus pro modo imperativo Graeci poetae infinitivum instituerunt, aut ex eorum numero removendi sunt, restat, ut, prius quam finem faciam dissertationis, paucis perstringam eos, de quibus propter scripturae vel corruptelam vel varietatem singulatim me disputare oportet.

In Parmenidis reliquiis exstat locus, quem in certos refero, servatus apud Diog. Laert. IX 22 (Mullach pg. 119 sq.) v. 56:

Οὐ γὰρ μήποτε τοῦτο δαῇς εἶναι μὴ ἐόντα,
ἀλλὰ σὺ τῆςδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήσιος εἶργε νόημα,
μηδέ σ' ἔθος πολύπειρον ὁδὸν κατὰ τῆσδε βιάσθω
νωμᾶν ἄσκοπον ὄμμα καὶ ἠχήεσσαν ἀκουὴν
καὶ γλῶσσαν· κρῖναι δὲ λόγῳ πολύδηριν ἔλεγχον
ἐξ ἐμέθεν ῥηθέντα.

„Sed ratione iudica litigosam argumentationem a me propositam.“ Apud Sextum Empiricum nonnullae membranae *κρῖνε*, aliae *κρῖνον* habent, emendationes certe posteriore tempore ortae, quo hoc dicendi genus iam obsoleverat. Fortasse etiam causa fuit mutandi, quod in omnibus aliis praeceptis, quae Deae cuiusdam esse finguntur, imperativis usus est poeta.

De v. 12 carminis apud Suidam et in vita Homeri servati, quod ***Εἰρεσιώνη*** inscribitur, quid sit iudicandum, non constat, quum verba: *ἀλλὰ γὰρ φέρ' αἶψα*
πέρσαι τῷ Ἀπόλλωνι γυιάτιδος corrupta sint.

In v. 494 hymni in Cererem:

πρόφρονες ἀντ' ᾠδῆς βίοτον θυμήρε' ὀπάζειν —

cod. Moscov. habet *ὄπαζε* imperativum, qui quum *πρόφρονες* sit subiectum, quo continentur Deae ante invocatae, locum habere non potest. Recte igitur mihi a Vossio post Ruhnkenium, qui *πρόφρων* et in v. 491 *ἔχουσα* correxerat, infinitivus scriptus esse videtur, qua emendatione id unum verbum mutatur, quod corruptelae suspicionem movit. Cuius versus e memoria vitium fortasse ortum est et e quo Ruhnkenius in emendando loco profectus est, exstat in hymno XXX v. 18:

πρόφρων δ' ἀντ' ᾠδῆς βίοτον θυμήρε' ὄπαζε.

In hymno in Mercurium v. 479:

μέλπεο καὶ κιθάριζε καὶ ἀγλαΐας ἀλέγυνε
δέγμενος . . . .
εὔμολπον κατὰ χερσὶν ἔχων λιγύφωνον ἑταίρην,
καλὰ καὶ εὖ κατὰ κόσμον ἐπισταμένην ἀγορεύειν —

codd. praebent *ἐπισταμένως*, *ἐπισταμένην* est Barnesii coniectura, quae omnino probanda est, quia oratio non procedit, sed multo aptius aliquid de lyra praedicatur, quam *ἑταίρην* appellat poeta. Praeterea ante *ἐπισταμένως* adverbium *καὶ* particulam desideramus.

Idem fere atque de Iresione dici potest de vv. 92 et 93 hymni in Mercurium:

καί τε ἰδὼν μὴ ἰδὼν εἶναι καὶ κωφὸς ἀκούσας,
καὶ σιγᾶν, κτέ.,

quos certis locis non adscripsi, quia sententia non integra est. Ante haec verba nonnulla excidisse iam Groddeckius animadvertit, cuius sententiam laudarunt Matthias et Hermannus. Nescimus igitur, utrum haec verba per se steterint, — quod si est, infinitivus pro imperativo dictus habendus est — an pependerint ab antecedentibus. (Cf. Baumeister, pg. 202 sq.)

Apud Aeschylum in Choeph. v. 827 sqq., in loco corruptissimo, laudanda mihi videtur Hermanni coniectura. Hi versus in cod. M. ita scripti sunt:

σὺ δὲ θαρσῶν ὅτ' ἂν ἥκη
μέρος ἔργων
ἐπαΰσας πατρὸς ἔργωι
θροούσᾳ
πρὸς σὲ τέκνον πατρὸς αὐδὰν
καὶ παραίνων ἐπίμομφαν ἄταν.

Qua ratione haec verba sint explicanda nescio, neque etiam e scholio ulla medicina peti potest. Hermannus igitur quum ad coniecturas confugiamus necesse sit, ut sententiam intelligamus, locum ita correxit aliorum emendationibus usus:

σὺ δὲ θαρσῶν ὅταν ἥκη μέρος ἔργων,
ἐπαΐσας τε θροοῦσαν
πρὸς σέ, τέκνον, πατρὸς
περαίνειν ἐπίμομφον αὐδάν κτέ.,

quae carminis restitutio, quod ad sensum attinet, maximam veritatis speciem prae se fert, aptissime enim iubetur Orestes audire exhortantem patrem. In carmine autem chorico, in

quo leguntur verba, plus quam semel imperativus invenitur, praeterea apud Homerum et Hesiodum pari modo compositi loci exstant, cf. Od. IV v. 408. XI v. 250. XVI v. 277. Hes. Scut. v. 121 sq.

In eiusdem fabulae v. 613 legimus in cod. optimo et Guelferbytano:

ἀλλὰ δή τιν' ἐν λόγοις στυγεῖν
φοινίαν Σκύλλαν, ἅτ' ἐχθρῶν ὕπαι κτἑ.

Sententiarum connexum sequentes et analogiam strophae, quae incipit ab: *ἴστω δ' ὅστις οὐχ ὑπόπτερος*, exspectamus imperativum vel simile aliquid, id quod iam veteres editores impulit, ut *δεῖ* pro *δή* scriberent. Haec coniectura recte se habet. Nam infinitivus hoc loco imperative dici non potest, quia non agitur de altera persona, sed de tertia, quae raro per infinitivum iubetur. Secundum pronuntiationem autem *δή* particula facile pro *δεῖ* scribi potuit. Aliam supplendi viam iniit Hermannus, qui *ἄλλαν δ' ἔστιν* maluit. Hoc verbum saepissime apud infinitivum supplendum est, potissimum in carminibus Pindaricis, ut Pyth. IV v. 247, VII v. 4 et v. 8, IX v. 36, v. 77. Isthm. III v. 31, IV v. 44. In fragm. 73 (Boeckh.) v. 2, v. 6, fortasse *δεῖ* aut *χρή* praecessit, sed nullam personae significationem habemus.

In Soph. Antig. v. 151 probo, quod manus prior in cod. L. correxit: *θέσθε* pro *θέσθαι* infinitivo, qui per se explicationem non habet.

In Euripidis Suppl. v. 249:

χαίρων ἴθ'· εἴ γὰρ μὴ βεβούλευσαι καλῶς,
αὐτὸς πιέζειν τὴν τύχην, ἡμᾶς δ' ἐᾶν,

infinitivum *πιέζειν* omnes retinuerunt, qui coniecturis locum corruptum sanare studuerunt, quia legi grammaticae non repugnat. Ea de causa supra iam commemoravi locum inter certos. *ἡμᾶς δ' ἐᾶν* autem Nauckius scripsit pro *ἡμᾶς λίαν*, ut est in libris. De Aristophanis Plut. v. 598:

ἀλλὰ φθείρου καὶ μὴ γρύξῃς,

ubi unus codex *γρύζειν* praebet, quod verbum quantum ad rem grammaticam attinet, offensionem non habet (cf. Hemsterh. ad l. pg. 196 ed. 1811, et Bekk. tom. V pg. 168.) In frgt. VIII ex Aristophanis Amphiarao, servato apud Aelian. de histor. animal. XII, 9 (Mein. tom. II, 2 pg. 955):

Ὀσφὺν δ' ἐξ ἄκρων διακίγκλισον ἠΰτε κίγκλος
ἀνδρὸς πρεσβύτου. τελέει δ' ἀγαθὴν ἐπαοιδήν,

verba inde a *τελέει* aptum sensum non praebere iam notavit Bekkerus, qui quidem pro *ἐπαοιδήν* scribere maluit *ἐπαμοίβην*, ut „bonam rependit gratiam" verba significent, quippe senex, cui multum diuque lumbi agitati fuerant, ad opus venereum tandem paratior factus, praestitam a muliercula operam pulchro remuneratur munere. Contra Meinekius vitium inveniens in verbo *τελέει* infinitivum instituit, ut sit pro imperativo positus. Utra emendandi ratio magis sit probabilis, difficile est diiudicare in tam paucis verbis relictis, ut de contextu fabulae et huius loci ne suspicari quidem aliquid possimus; neque etiam coniectando assequi ullo modo poterimus, quibus dicendi legibus se adstrinxerit poeta. Valent haec in omnibus paucorum versuum fragmentis, ut in Solonis eleg. XXII „*πρὸς Κριτίαν*" (Bergk. pg. 429):

Εἰπέμεναι Κριτίῃ ξανθότριχι πατρὸς ἀκούειν;

qui tamen versus, si est initium carminis perditi, pro certo exemplo putandus erit. Cf. Phocylidis frgt. VIII et X (Bergk. pg. 447), quae si per se contemplamur, in certa exempla referre debemus. Si vero comparamus frgt. VI et XI, ubi *χρὴ* dictum est, plenae illae sententiae videntur. Praeterea cf. eiusdem poetae frgt. XVI cum Bergkii nota critica (pg. 448).

Alexidis comici frgt. I (Mein. tom. III pg. 414 sq.) apud Athen. VI pg. 227 d., e fabula *Ἐπικλήρῳ*:

Ὅστις ἀγοράζει πτωχὸς ὢν ὄψον πολὺ
ἀπορούμενός τε τἄλλα πρὸς τοῦτ' εὐπορεῖ,
τῆς νυκτὸς οὗτος τοὺς ἀπαντῶντας ποιεῖ
γυμνοῦς ἅπαντας· εἶτ' ἐπάν τις ἐκδυθῇ,
τηρεῖν ἕωθεν εὐθὺς ἐν τοῖς ἰχθύσιν·
ὃν ἂν δ' ἴδῃ πένητα καὶ νέον ....
παρὰ Μικίωνος ἐγχέλεις ὠνούμενον
ἀπάγειν λαβόμενον εἰς τὸ δεσμωτήριον.

exemplo usus est Bernhardyus in Synt. pg. 358, *τηρεῖν* et *ἀπάγειν* infinitivos pro imperativis esse adhibitos, et Meinekius etiam dicit: „Defendi potest vulgatum." Ego quidem aliter censeo, non enim intelligo, quo modo id fieri possit, si quidem recte locum intelligo: subiectum enim ad *τηρεῖν* et *ἀπάγειν* verba idem est, qui *πτωχὸς* et *ἀπορούμενος* ante vocatur, ut infinitivi vim imperativi tertiae personae habeant, quod duabus

de causis probari nequit, primum quod imperandi significatio non praecedit, tum quod tertiae personae tam pauca habemus exempla atque ea apud veteris temporis poetas, Alexis autem numeratur inter mediae comoediae poetas. Audax igitur est, nisi omnia cogunt, ea in aetate in fragmento tertiae personae exemplum probare. Auxilium et rectam meo iudicio emendandi viam idem Meinekius ostendisse videtur, pro εἶτ' in v. 4 scribendum esse δεῖ τ' censens, nisi potius cod. C. sequimur, qui pro τηρεῖν infinitivo praebet τηρεῖ, et ex hac analogia scribimus etiam ἀπάγει.

Sed haec hactenus. Si quando pari modo etiam prosae orationis scriptores perscrutatus ero accuratius iudicare mihi licebit, quantum pateat hic usus optimis Graecae linguae temporibus, ut modum habeamus et in interpretatione et in arte critica.

VITA.

Natus sum Fridricus Adolphus Hoehne Cunaviae, in vico Silesiae inferioris, die XVIII mensis Septbr. anni h. s. XXXIX, patre Erdmanno, matre Maria parentibus, qui ut tranquillam et beatam senectutem agant mihi in votis est. Fidem profiteor evangelicam. Primis literarum elementis imbutus in schola pagana ibi contra vota retentus sum propter rei familiaris angustias usque ad peractum quartum decimum aetatis annum. Anno h. s. LIV tempore paschali traditus sum Gymnasio Soraviensi in Lusatiae regionibus, quod tunc Schradero, nunc Libaldtio rectore floret, et in quintam classem receptus octo annis post maturitatis testimonium adeptus sum. Quo instructus Vratislaviam me contuli theologiae studiis operam daturus et die VI m. Maii a. LXII Academiae civis factus cum. Non multo autem post, ubi mihi licuit, in philosophorum castra transfugi, ut studiis philologicis, quibus iam ante animus alliciebatur, inservirem. Paulo autem post ubi huius voti compos sum factus, studia interrupta sunt stipendia merendo et ter ab Academia studiisque discedere et terram Germanicam inde a Chersoneso Cimbrica usque ad Poloniae fines et Danubium permigrare coactus sum, quae res corpori magis et vitae quam studiis utilitati fuit. Proximo bello centurionis locum obtinui. Quo autem tempore non militavi, scholis interfui philologicis, philosophicis, historicis, theologicis, per duo semestria proseminarii, per tria seminarii regii philologici sodalis fui. Eximiam etiam et utilitatem et voluptatem percepi ex exercitationibus societatis Latinae, quarum per quinque semestria in grata commilitonum familiaritate particeps fui.

Praeceptoribus potissimum usus cum Fr. Haasio, M. Hertzio, A. Rossbachio, viris illustrissimis et mihi benevolentissimis, quos ea qua par est pietate colo semperque colam. Ceteris etiam viris doctissimis, quorum disciplina sapientiaque institutus sum, maximas semper habebo gratias, e quibus nominatim appello Guilelmum Iunkmannum, virum doctissimum, qui magna benignitate bonisque consiliis me vehementer obstrinxit. Imprimis vero mihi cordi est praedicare benevolentiam et comitatem Fr. Haasii, praeceptoris pie venerandi, qui non solum optimis me semper prosecutus est consiliis, sed etiam in numerum eorum, quibus familiariter utitur, me recepit.

THESES.

I. Soph. Electr. v. 1458 pro

„σιγᾶν ἄνωγα κἀναδεικνύναι πύλας,“

quod legitur, scribendum est:

„σιγᾶν ἄνωγα καὶ διοιγνύναι πύλας.“

II. In Aesch. Choeph. v. 552 sqq. (Dind.) versuum ordinem et lectionem, quam libri praebent, retineo, nisi quod v. 552 sq. choro attribuo et pro δ' ἐν scribo δεῖν, ut vv. ita legantur:

ΧΟ. γένοιτο δ' οὕτως· τἄλλα δ' ἐξηγοῦ φίλοις,
τοὺς δεῖν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγων.

III. Stat. Silv. I, 1 v. 2 pro

„stat Latium complexa forum?“

aptius scribi censeo:

„stat latum complexa forum?“

IV. Interpolatio in Horatii carminibus artissimis finibus coercenda est.

V. Quod Livius narrat in lib. VII cp. 6, M. Curtium in voraginem se immisisse, imaginem esse reor pacis inter patricios et plebeios reconciliatae.